



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Titulus XXX. De Decimis, & Primitiis, & Oblationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

transcursum decem annorum ille præsumitur. Amaya ubi supra, Sanchez dicto lib. 3. distut. 33. Alcatus in l. pupillus 239. §. incola, ff. de verb. signif. Parlador. differenti. 163. unde cum in præfenti ageretur de re ecclesiastica, videlicet de decimis percipiendis, creduntur quoad eas parochiani, qui in Acchonenſi civitate commorabantur, eſſi animum permanendi ibi non haberent.

(d) *Terminos.* Verba ſunt capituli 19. Deuteronomi: *Non transibis terminos proximi tui, quos fixerunt patres tui in poſſeſſione ſua.*

(e) *Diaceſano ſuo.* Cum enim adhuc in ipſa civitate Acchon. noviter à Chriſtianiſ recuperata parochiæ diviſe non eſſent, Epiſcopus credebatur proprius parochus, & ita ipſe decimas percipere debebat, ut docuit Barbola lib. 3. *juris Eccleſ. cap. 26. §. 2. num. 15.*

TITULUS XXX.

De Decimis, & Primitiis, & Oblationibus.

CAPUT I.

Hieronymus (a) *ſuper Ezechielem.*



Decimam partem omnium frugum Leviticæ tribui populus ex lege debebat: rursus ex ipſis Decimis Leviticæ, hoc eſt inferiorum miniſtrorum gradus, decimas dabant ſacerdotibus. Erant quoque decimæ, quas pauperibus reddebant. At verò primitiva, quæ de frugibus offerrebant, non erant ſpeciali nomine diſſinita, ſed offerentium arbitrio derelicta. Traditionem quoque accepimus Hebræorum, non lege præceptam, ſed arbitrio Magiſtrorum inolitam, quod qui plurimum, quadrageſimam partem dabant ſacerdotibus; qui minimum, ſexageſimam: & intra quadrageſimam, & ſexageſimam licebat offerri quodcunque voluiſſent. Quod igitur in (b) Pentateucho dubium derelictum eſt, hic ſpecialiter diſſinitur, propter ſacerdotum avaritiam, ne amplius à populo exigant in primitiis offerendis, id eſt, ut ſexageſima pars offeratur eorum, quæ gignuntur à terra. Si enim corus, qui Hebræicè vocatur Gomor, & à Septuaginta dicitur Gomor, xxx. habet modios, tam in aridis ſpeciebus, quàm etiam in liquentibus: cophi quoque, & batus decima pars eſt cori: præcipitur quoque, ut ſexta pars, tam cori, quàm cophi, quàm bati detur Sacerdotibus in primitiis offerendis, quæ de tribus modis dimidium facit modium, perſpicue ſupputatur, quam ſexageſimam partem primitiarum ſacerdotes accipere debent. Hæc interim juxta literam, & Hebræicam veritatem, & ſenſiſſe ſufficiat, & auდიsse,

NOTÆ.

1. (a) *Hieronymus.* Ita etiam habetur in ſecunda collectione, *ſub hoc tit. cap. 1.* verba ipſius ſancti Doctoris extant in commentariis ſuper Ezechielem, *cap. 46.* in expoſitione illorum verborum: *Et hæc ſunt primitiæ,* &c. ubi ait: Et hic mutatis nominibus menſurarum in lxx. editione conſula ſunt omnia, ut quid dicatur, non poſſit intelligi. Qui enim ſupra pro ephi menſuram, & pro bato chentica dixerant, & pro coro gomor, pro ſielo appendiculum; & hic pro ephi poſuere menſuram, pro coro nunc gomor, nunc ipſum eorum; & in menſura olei pro bato, *κοτυλῆς*, id eſt cyathum. Dicamus igitur primum juxta literam, *δευδά*, hoc eſt, decimam partem omnium frugum Leviticæ tribui populus ex lege debebat. Rursus ex ipſis decimis Leviticæ, hoc eſt inferiorum miniſtrorum gradus, decimas dabat ſacerdotibus; & hæc eſt, quæ appellatur *δευτεροδεκάδα*. Erant quoque aliæ decimæ, quas unusquisque de populo Iſraël in ſuis horreis ſepara-

bat, ut comederet eas cum iret ad templum in urbe Hieruſalem, & in veſtibus templi, & Sacerdotes, ac Levitas invitaret ad convivia. Erant autem aliæ decimæ, quas pauperibus recondebant, quæ Græco ſermone appellantur *πρωτοδεκάδα*. At verò primitiva, quæ de frugibus offerrebant, non erant ſpeciali numero diſſinita, ſed offerentium arbitrio derelicta. Traditionem quoque accepimus Hebræorum non lege præceptam, ſed magiſtrorum arbitrio inolitam; qui plurimum, quadrageſimam partem dabat ſacerdotibus; qui minimum, ſexageſimam. Inter quadrageſimam, & ſexageſimam licebat offerri quodcunque voluiſſent. Quod igitur in Pentateucho dubium derelictum eſt, hic ſpecialiter diſſinitur, propter ſacerdotum avaritiam, ne amplius à populo exigant in primitiis offerendis, id eſt, ut ſexageſimam partem offerant eorum, quæ gignuntur à terra, &c.]

(b) *Pentateucho.* Circa ſcriptores librorum veteris

teris Testamenti, quidam certi sunt, quidam incerti; illud certum est, Moysen scripsisse Pentateuchum, seu quinque libros, qui vulgò libri Moysis appellantur; quorum primus dicitur Genesis, quia in eo describitur generatio cœli, & terræ, & aliarum rerum. Secundus Exodus, quia in eo describitur exitus filiorum Israël de Egypto. Tertius Leviticus, quia in eo describitur officium Levitarum circa tabernaculum, sacrificia, & alias legis ceremonias. Quartus Numeri, quia in eo numeratur multitudo filiorum Israël per familias suas. Quintus Deuteronomium, id est, lex secunda, quia in eo reperitur, & explicatur lex Domini, quæ fuerat data in monte Sina. Quæ tamen in fine Deuteronomii leguntur de morte Moysis, vel à Josué, vel ab alio addita sunt, ut docuerunt Becanus in analog. cap. 1. q. 2. Cornelius à Lapide in comment. ad Pentateuchum, fol. 23. Fr. Joannes à S. Maria in prologom. sacr. Scriptur.

COMMENTARIUM.

IN presenti textu nulla refertur constitutio ecclesiastica circa decimas, aut primitias, sed tantum ut perfectè intelligantur constitutiones de decimis & primitiis, quæ sub hoc titulo compilantur. Historice agit de presenti capite de decimis, & primitiis, quæ præstabantur ab Hebræis in lege veteri. Et primò D. Hieronymus agit de decimis, secundo verò loco de primitiis; distinguuntur enim decimæ à primitiis, quia primitiæ sunt primi fructus, decimæ verò fructuum pars decima. Primitiæ offeruntur Deo in gratiarum actionem pro frugibus terræ; decimæ verò Levitis dabuntur ad eorum sustentationem, ut statim dicemus; aliquando tamen promiscuè ponuntur primitiæ pro decimis, ut dum Numerorum cap. 18. vers. 26. legitur: *Cum acceperitis à filiis Israël decimas, quas dedi vobis primitias.* Et vers. 28. *Quorum accipitis primitias.* Utrobique enim primitiarum vox ponitur pro decimis. Circa decimas refert D. Hieronymus earum tria genera fuisse in lege veteri. Primum genus erat decimarum, quæ præstabantur à cæteris tribus Levitis; ne enim Sacerdotes, ac Levitæ in rerum temporalium cura nimis solliciti minùs diligenter divinis officiis incumbere, decrevit Dominus, ipsos nullam partem, nullamve possessionem inter alias tribus habituros, seipsum Dominum fore illorum hæreditatem, juxta illud Numerorum cap. 18. vers. 20. *Dixit Dominus ad Aaron, in terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Israël.* In stipendium verò pro ministerio liberaliter illis concessit, primò ut haberent 48. urbes cum agris suis ad pascuum jumentorum, Numerorum cap. 35. vers. 1. & ut præcipere primitias, & ut aliarum tribuum decimis alerentur, Numerorum cap. 18. vers. 21. ibi: *Filiis autem Levitæ dedi omnes decimas Israël in possessionem pro ministerio, quo serviunt mihi in tabernaculo fœderis.* Dubium tamen est, an Levitæ communiter dicti, id est tota tribus Levi, ut complectitur Levitas propriè dictos Sacerdotes, & Pontificem; aut potius Levitæ strictè sumpti, quatenus distinguuntur à Sacerdotibus, & Pontifice, acceperint decimas ab aliis tribubus filiorum Israël. Et de tota tribu Levi accipiunt cum Josèpho lib. 4. antiquit. cap. 4. ibi: *Et insuper à toto populo decimas annui fructus exegit, Le-*
D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

vitis simul ac Sacerdotibus conferendas; & ex illis verbis Nehemias apud Esdras lib. 2. cap. 10. vers. 38. Erit autem Sacerdos filius Aaron cum Levitis in decimis Levitarum; Rivera in suo libro de templo lib. 3. cap. 4. Becanus in analog. cap. 7. num. 5. Sed contrarium rectius docuerunt Menochius de Repub. Hebræor. lib. 2. cap. 4. Abulensis in d. cap. 18. Numer. Nam verba Esdræ, & Josèphi commodè possunt accipi decimarum decimis, quas Levitæ dabant Sacerdotibus, de quibus statim; per has enim Leviticarum decimarum fiebant participes. Ad secundum genus decimarum spectant decimæ, quas Levitæ ex decimis à populo receptis petebant. Levitæ enim ex his decimis, quas accipiebant ab aliis tribubus, iterum præstabant decimas summo Sacerdoti, seu Pontifici. Numer. cap. 18. vers. 26. ibi: *Præcipe Levitis, argue denuncia: Cùm acceperitis à filiis Israël decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerete Domino, id est, decimam partem decime, ut reputetur vobis in oblationem primitivorum, tam de arveis, quam de torcularibus: & de universis, quorum accipitis primitias, offerete Domino, & date Aaron sacerdoti.* Dubium tamen est, an decimæ hæc, quæ præstabantur à Levitis, darentur soli Pontifici, an omnibus Sacerdotibus? Lira, & Abulensis putant, soli sacerdoti dari, juxta illud Numer. cap. 18. vers. 29. *Date Aaron Sacerdoti;* Josèphus autem existimat, non solum Pontifici, sed generatim omnibus sacerdotibus præstati. Alii denique soli quidem Pontifici datas fuisse, sed ad distribuendum sacerdotibus, existimant, juxta illud Numeror. cap. 18. vers. 8. *Locutus est Dominus ad Aaron: Ecce dedi tibi custodiam primitiarum earum, id est, ut custodias, & distribuas filiis tuis Sacerdotibus, ut statim sequitur, ibi: & filius tuis pro officio sacerdotali.* Quò etiam spectat illud 2. Esdræ cap. 10. vers. 38. *Levitæ offerent decimam partem decime sue in domo Dei nostri ad gazophylacium, in domum thesauri.* Quam sententiam sequitur Becanus in analog. cap. 7. q. 6. Tertium genus decimarum erat earum, quas singuli patresfamilias debebant quotannis apud se servare, & postea cum Levitis comedere in loco, ubi erat tabernaculum vel templum, idque tribus anni temporibus, nempe à Paschate, Pentecoste, & festo Tabernaculorum. De his accipiendum est illud Deuteronom. cap. 14. vers. 22. *Partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos, & comedes in conspectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit, ut in eo nomen illius invocetur.* Tandem aliud genus decimarum erat, quas tertio año singuli separare debebant in propriis domibus, & cum Levitis, peregrinis, pupillis, & viduis communicare, juxta illud Deuter. cap. 14. vers. 28. *Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus, quæ nascuntur tibi eo tempore, & repones intra jamas tuas, venietque Levites, qui aliam non habet partem, nec possessionem tecum, & peregrinus, ac pupillus, & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent, & saturabuntur, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus.* Referunt Spondanus in annal. sacr. anno 2574. Menochius, & Becanus, ubi supra, Abulensis in Mattheum cap. 23. q. 145. & sequent. Carolus Sigonius de Republic. Hebræor. lib. 4. cap. 15. Petrus Cuneus eod. tract. Josèphus Scaliger in opus. de decimis ex lege Dei. Ex his decimis solutis de omni esculento hominis, poculentoque, item de bobus, capris, cæterisque animalibus; quæ sub pastoris virga transiunt;

primò delibabantur primitiæ, secundò theruma, tertio decima. Primitiæ de spicis, uvis, & oleis duntaxat offerebantur (ut statim dicemus) in corbe, id est de fructibus nondum trituratis in area, aut pressis in torculari, & dicebatur solvi de *Tabal*. Theruma solvebatur de acervo, aut fructibus elaboratis, tradebaturque sacerdotibus. *Deuter. cap. 18. vers. 4.* cuius pars lege determinata non erat, moribus tamen certam fruitionem accepit, secundum quos quando quadragesima pars fructuum dabatur, dicebatur theruma magna, aut boni oculi; si verò dabatur quinquagesima, dicebatur mediocris, quando verò offerebatur, sexagesima, quâ minor non esse poterat, dicebatur theruma minor, vel maligni oculi: ita Scaliger ubi proximè. Therumam coloni tenebantur Hierosolymas deferre in ipsis speciebus, condebaturque in apothecis templi *lib. 2. Paralip. cap. 31.* in cuius versu 13. traditur, custodiæ therumarum prepositos fuisse Levitas spectatæ fidei; quas si non detulissent, coloni mittebantur, qui eorum nomine eas deferrent in Templum: missi Græco vocabulo Apostoli dicebantur, cautumque fuit, ne ex Gentibus, sed ex populo mitterentur. Post primitias & therumas colonus de residuo decimam partem omnium fructuum dabat, quæ solvebatur Levitis: & dicebatur hæc, *Decate prote*, id est decimatio prima. De hac decimatione prima rursus Levitæ decimas dabant sacerdotibus, quæ dicebatur, *Decate deuteræ*, sive decimatio secunda: dicebatur etiam theruma decimæ, sive decima Levitarum, ut est apud Tobiam *cap. 1. vers. 7. Numer. cap. 18.* quæ pars erat sacrata, nec poterat absumi, nisi in atrio Templi. Erat etiam præcisè Hierosolymam deferenda, aut si longior via esset, distrahebantur species, pecuniaque inde redacta deferiebatur ad cœmendum Hierosolymis victimas, oleum, frumentum, & inde epulum parabatur dictum *Charisterion*, sive mutæ benevolentiæ, & charitatis, quo excipiebantur coloni; decimatores, & Levitæ. *Deuter. cap. 14. vers. 24.* Novem ergo reliquæ partes, tanquam prophanae, quæ Levitis cedebant pro eorum sustentatione, ubilibet ab ipsis poterant absumi, vendi, & distrahi, etiam extra Hierosolymam, *d. cap. 18. Numer. vers. 31.* de quibus decimationibus prima, & secunda, si fides est Petro Galatino de *arcanis catholice verit. lib. 1. cap. 5.* magna cum cura egerunt Thalmudistæ; septima enim ejus pars, & commentaria ipsius per novem capita de prima decimatione agebat, quæ pars *Massebeth Mascepfin* dicebatur: octava verò pars, quæ dicebatur *Massebeth Masferfenti*, per tria capita exponitur ab Abulensi supra. De secunda decimatione, quæ Levitis remanebat, aliam divisionem fecit Abulensis ubi supra *q. 140. & 149.* sed adductam sequor, quam esse congruentiorem explicationi præsentis textus, dixit D. Josephus de *Retes de donat. cap. 11. num. 12.*

4.
De primitiis.

Circa primitias dicendum est, eas valde differre à decimis; siquidem primitiæ sunt primi fructus; decimæ autem sunt decima pars fructuum & proventuum. Illæ immediatè offeruntur Deo in gratiarum actionem pro frugibus terræ; hæ proximè sacerdotibus dantur ad sustentationem, & stipendium pro ministerio, quo serviunt templo. Soli Sacerdotes & Pontifex accipiebant primitias, & primogenita à filiis Israël. Deinde sciendum est, quod primitiæ solveban-

tur ter in anno, ut notat Lyranus & alii. Primiò in Paschate, & novis spicis. Secundo in Pentecoste, de novis panibus. Tertio in Septembri, in festo Tabernaculorum, de novis fructibus. Nam illis tribus anni temporibus tenebantur omnes mares venire ad locum, quem elegerat Dominus, *Deuter. cap. 16. vers. 16.* De primitiis spicarum, quæ in Paschate offerebantur, intelligitur illud *Levit. cap. 23. vers. 10.* ibi: *Cum ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & messueritis segetem, feretis manipulos spicarum, primitias messis vestræ ad Sacerdotem; qui elevabit fasciculum coram Domino, ut acceptabile sit pro vobis altero die Sabbathi, & sanctificabit illum.* Ritus autem offerendi describitur *Levit. cap. 2. vers. 14.* his verbis: *Si autem obtuleris munus primarum frugum tuarum Domino de spicis adhuc orientibus, torreis igni, & confringes in morem farris; & sic offeres primitias tuas Domino, fundens supra oleum, & ibus imponens, quia oblatio Domini est.* De primitiis panum, quæ offerebantur in Pentecoste, intelligitur illud *Levit. cap. 23. vers. 15.* ibi: *Numerabis ergo ab altero die Sabbathi, in quo obtulisti manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas usque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est, quinquaginta dies; & sic offeretis ex omnibus habitaculis vestris panes primitiarum, duos de duabus decimis simile fermentate, quos coquetis in primitiis Domini, &c.* Nomine primitiarum, cum earum in sacra pagina mentio fit, præcipue intelliguntur primitiæ illæ, quæ collectis jam fructibus, tam ex messe, quam ex uvis offerebantur mensè Septembri; & licet harum primitiarum quantitas in lege Moysis non fuerit definita; tamen ex consuetudine, vel usu majorum receptum erat, ut daretur inter quadragesimam, & sexagesimam partem; ita ut liberales primitiæ essent pars quadragesima fructuum, strictiores verò sexagesima, ut tradit D. Hieronymus in *presenti*, & referunt Abulensis in *cap. 18. Numer. q. 14.* Maldonatus in *cap. 45. Ezechiel. P. Menochius de republica Hebræor. lib. 2. cap. 16.* eas Hebræi offerebant ex lana, *cap. 18. Deuter. vers. 4.* & ex aliis fructibus, ut ait Isidorus Clarus in *cap. 15. Numer.* ibi: *Dicunt vero Hebræi, se teneri ad septem species primitiarum, nempe ad triticum, hordeum, uvas, ficus, olivas, malogranata, & dactylos palmarum.* Refert Novarinus *lib. 5. schediasmatis. cap. 13.* Quam primitiarum præstationem Ecclesia approbant, immò & præcepit *cap. Ecclesiæ 13. q. 2. cap. decimas, cap. revertimini 16. q. 1. cap. decimas 16. q. 7.* Nicolaus ad *consulta Bulgar. cap. 89.* ibi: *Fruges novas, & rerum offerre primitias etiam veteribus moris erat.* Quod penè ab initio mundi Abel & Cain egisse legimus, junctis traditis à Baronio in *apparatu, num. 9. & anno 1. num. 16. & anno 34. num. 52. & 239. & anno 44. num. 88. & anno 57. num. 28.* Tutrianus *lib. 2. pro epist. cap. 14.* Beyerlinch *verbo Primitia, tom. 6. Joanne Dartis de benefic. sect. 1. cap. 1. & sect. 2. cap. 2.* Fagundez, Tamburino, & Leandro in *quinque præcept. Ecclesiæ Barbofa de officio Parochi cap. 27. Lemaitre de decimis lib. 1. cap. 2. Alteserra lib. 3. dissert. cap. 3. & 8.* Et consuetudo vetus Ecclesiæ fuit, primitias novarum frugum benedicere in altari, ex institutione Eutychiani Papæ, ut patet ex Pontificali Damasi: ibi: *Hic instituit fruges fabæ, & uvæ in altari benedici.* Et in Concilio Carthag. 3. *can. 5.* frumenti, & uvæ mentio fit, quæ in altari benedicuntur

dicuntur: & in Synodo Trul. *can. 28.* statuitur, ut primitiæ uvg; & frumenti offerantur in altari benedicendæ suâ peculiari benedictione; & in *can. 3. Apostolorum*, juxta veterem interpretationem cavetur: *Offerre non liceat aliquid ad altare præter novum spicas, vel uvas; easque primitias offerri in certis diebus Dominicis, innuit S. P. Damianus lib. 4. epist. 16. ibi: Post hanc illa festivitas sequitur, quæ dicitur Novorum, cum primitiis scilicet de novis frugibus offeruntur.* Notarunt D. Thomas 2. 2. q. 86. artic. 4. Menardus ad *Sacram. D. Gregorii, fol. 173. Saulay in Panopl. sacerdot. lib. 2. art. 15.* Et de hac benedictione novarum frugum nonnulla notavi in *cap. ... Concil. Illiber.* Apud Gentiles etiam primos fructus, frugumque primitias Diis offerri notum est. Plinius *lib. 18. hist. cap. 2. ibi: Non degustabant novas fruges, & vina, antequam sacerdotes primitias libassent.* Et *lib. 12. cap. 14. & 19. Maximus Tyrius dissert. 14. num. 85.* Agricolas ab hac religiofitate collaudat Porphyrius *lib. 2. de abstinent.* Audi Simplicium in *cap. 38. Epicteti. Externarum rerum, quas Deus dederit, primitias offero; nam jus fasque postulat ut offerri primitias, qui dederunt; non quod his egeat Deus (neque enim prohibere nostra eget, neque rectis de se opinionibus;)* sed nos per hac pro ea mensura, quæ nobis convenit, illustrationis divine facti capaces Deum suscipimus. Ovidius *lib. 2. Fast.*

Farrarum veteres jaciebant, farræ metebant; Primitias Cereris farræ referta dabant.

Tibullus *lib. 1. eleg.*

Et quodcumque mihi pomum novus educat annus;

Libatum Agriculæ ponitur ante Deo.

Apuleius in *apolog. Horatius lib. 3. od. 22. Potphirus in libel. de abstinent. animal.* Suidas verbo *Hermayon.* Et prima spolia ab ipsis Diis consecrata fuisse, patet ex Virgilio *lib. 7. Æneid.*

Hæc sunt spolia, & de Rege superbo Primitiæ.

Ovidio *lib. 3. Fastor.*

Te memorant Gange, totoque Oriente subactis, Primitias magno supposuisse Jovi.

Alia in hanc rem ex Ethnicis subministrabant Basilus Legion. *q. 4. scholast. cap. 3. Duarenus lib. 7. de sacr. eccles. cap. 1. Germonius lib. 1. de sacr. immunit. cap. 14. P. Faber lib. 2. semestr. cap. 3. Lindembrog. in not. ad Censor. de die natali, cap. 1. fol. 16. Tiraquel. ad Alex. lib. 5. cap. 18. & de primog. in præfat. num. 69.* qui notant Athenienses primitias crinium Numini dedicasse Delphis: in quam rem alia dabit Castaldus *lib. de fest. Græc. verbo Apaturia.*

CAPUT II.

(a) Paschalis II.

NOVUM genus exactionis est, ut clerici à clericis frugum decimas, vel animalium exigant; nusquam in lege Domini hoc præcipi legimus, aut permitti, non enim (b) Levitæ à Levitis decimas accepisse, vel extorsisse leguntur. Illi profectò clericis, qui à clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, decimas eis debent.

NOTÆ.

1. (a) *Paschalis.* Ita etiam legitur in prima collectione, *sub hoc tit. cap. 7.* & post Concilium Lateran. *pag. 13. cap. 16.* Paschalis II. antea Renatus, seu Raynerius dictus, natione Tusculus, patriâ Bledanus, monachus Benedictinus, creatus Pontifex die 12. Augusti, anno 1099. & floruit usque ad annum 1118. ut referunt Baronius, & Corjolanus in *eis annis*, & plures relati à Ludovico à sancto Carolo verbo *Paschalis*, in *Biblioth. sacræ, fol. 169.*

(b) *Levitæ à Levitis.* Consonat Alexander III. in *cap. 8. hoc tit. in 1. collect.* ibi: *Illud etiam nos à tuæ petitionis affectu retrahere videtur, quod in veteri Testamento non recolimus nos inquam legisse, ut Levitæ Levitis decimas solverent.*

COMMENTARIUM.

2. CUM Paschalis in præsentem juxta verba in hac sexta compilatione transcripta ex dicta prima collectione affirmet, novum, & insolitum esse exactionis genus à clericis decimas petere, & statim affirmet clericos à clericis spiritualia accipientes, decimasolvere debere; in varias traxit sententias repetentes in præsentem, & Theologos Moralistas infra laudandos. Sed cum in hoc textu, prout extat in dicto Concilio Lateran. nulla D. D. Gonzal. in *Decretal. Tom. III. Pars II.*

secundæ partis mentio reperitur, sed tantum decimo referatur & ejus ratio assignetur, ibi: *Illi profectò solvere laborum suorum decimas debent, quia clerici spiritualium ministeriorum labores accipiunt.* Ideò hæc litera retentâ tantum hæc refertur prohibitio generalis, & absoluta, ne frugum, vel animalium decimæ à clericis petantur. Tum quia in lege veteri Levitæ à Levitis decimas non exigebant. Tum quia illi debent decimas præstare laborum suorum, qui à clericis spiritualia recipiunt. Quam Paschalis constitutionem ut exponamus, sciendum est quoad decimas prædiales, prædia triplicis generis, ac conditionis considerari; quædam enim sunt propria, ac patrimonialia clericorum; quædam Ecclesiæ; & rursus hæc ecclesiastica, vel ad dotem Ecclesiæ pertinent, vel ad incrementum aliquod ipsius dotis, quæ nimirum accesserunt Ecclesiæ jam fundatæ, & constructæ. De primis, quæ titulo proprii patrimonii possident clerici, decimas persolvere tenentur; quia cum sint potius tributâ prædiorum, quam personæ, presbyteri debent eas præstare parochi, in cujus territorio prædia sunt: docent communiter repetentes in præsentem, D. Thomas 2. 2. *quæst. 87. art. 4.* Suarez, *de relig. rom. 1. lib. 1. de decimis, cap. 17.* quod etiam ad Pontificem, & Episcopos prædia possidentes protrahunt Borellus in *summa decis. tit. 19. de decimis, num. 63.* alii apud

Hunnium in *Encyclop. tit. de decimis, cap. 2.* Ex prædiis capellaniarum idem probant Valenzuela *consil. 9. num. 3.* Gutierrez *2. canonic. cap. 21.* Barbosa *voto 41. & consil. 42. per totum.* Aliter enim eveniret, ut parochia maxima decimarum parte fraudarentur, si parochiani, qui in eis prædia possiderent, ad sacros ordines contingeret promoveri. Unde PP. Concilii Mogunt. relati in *cap. si quis 16. q. 1.* prohibent, ne clerici possint arbitrio suo decimas bonorum suorum in alias Ecclesias, nisi in eas, quibus jure competunt, transferre, ibi: *si quis laicus, vel clericus, vel utriusque sexus persona, proprietatis sua loca, vel res alicui dare delegaverint, decimationum proventum priori Ecclesie legitime assignatum inde abstrahere nullam omnino habeant potestatem.* Quoad ecclesiastica verò prædia, ea videlicet, quæ dotem Ecclesie constituunt, quia debent esse ab omni præstatione immunita, *cap. 1. de censibus*, etiam à decimarum solutione sunt exempta, *l. 2. tit. 1. p. 1.* ibi: *Eueras ende de las heredades, que han de las Iglesias do sirven.* Quod & probatur ex Concilio Mogunt. relato in Cabilonensi *2. cap. 19.* apud Gratianum in *cap. questi 16. questi. 1.* ibi: *Questi sunt quidam fratres, quod essent aliqui Episcopi, & Abbates, qui decimas non solum dari Ecclesiis, ubi illi coloni Missas audiunt: proinde decrevit sacer iste conventus, ut Episcopi, & Abbates de agris, & vineis, que ad suum, & fratrum stipendium habent, decimas ad Ecclesias dari faciant; familia verò ibi dent decimas suas, ubi infantes eorum baptizantur, & ubi per totum anni circulum Missas audiunt.* Ex quibus verbis aperte constat, ibi non esse sermonem de prædiis patrimonialibus, seu secularibus Episcoporum; sed de his, quæ Ecclesia possidet ad clericorum suorum stipendium, & sustentationem, ut patet ex illis verbis: *Quæ ad suum, & fratrum stipendium habent*, Episcopi enim non habent patrimonialia bona ad suum, & fratrum stipendium, ut per se constat. Ad hoc autem dicuntur ecclesiasticas possessiones habere, quia illas sub sua cura, & dispensatione habent: docent D. Thomas *2. 2. quasi. 87. artic. 4. ad 1.* ubi Cajetanus, & Aragon. *Sotus de iustitia lib. 9. q. 4. artic. 4.* Nec aliud probant verba illa, *decimas ad Ecclesias dari faciant.* Ex quibus deduci videtur, Episcopos ipsos teneri ex ecclesiasticis prædiis decimas solvere; nam verba illa contrarium habent sensum, videlicet, ut faciant dari decimas ad Ecclesias suas. Ita enim addit Gratianus, & forte ita invenit in antiquo Concilio, licet nunc in Cabilonensi non legatur. Estque consonum casui, & decisioni Concilii; nam querimonia erat, quia Episcopi non permittebant colonos solvere decimas in suis Ecclesiis parochialibus, quæ, ut supponitur, erant distinctæ ab Ecclesiis Episcoporum, vel Abbatum. Decisio autem Concilii est, ut si possessiones sint ecclesiasticæ, & ad sustentationem ministrorum Ecclesie deputatæ, Episcopi non solvant decimas prædiales parochiis colonorum, sed illas retineant pro suis Ecclesiis; ipsos autem colonos (quos nomine familia intelligit), sinant in parochiis suis solvere decimas, utique vel personales, vel prædiales; quas ex prædiis conductis habere solent, si prædia sunt intra terminos suarum parochiarum constituta: quare in summario ipsius textus ita negativè legitur: *Non persolvant de propriis prædiis Abbates, & Episcopi decimas.* Quod summarium accipiendum est de prædiis ecclesiasticis, seu suarum Ecclesiarum; quod

evidentiis exprimitur ex canone Urbani II. refertur in notis Gregorian. post dictum caput questi, ibi: *Perlatum est ad sanctam Synodum, quod sint quidam Episcopi, & Abbates, qui colonos ad se pertinentes non sinant decimas dare ad Ecclesias ubi Missas audiunt, & infantes eorum baptizantur; proinde decrevit sacer iste conventus, ut Episcopi, & Abbates de vineis, & agris, ac frugibus, que ad suum, vel fratrum usum laborant, decimas sibi pro benedictione, vel hospitium susceptione habeant; familia verò ibi dent decimas suas, ubi per totum anni circulum Missas audiunt, & infantes eorum baptizantur.* De prædiis verò, quæ voto, & pietate fidelium Ecclesiis jam fundatis, & competenti dote instructis accedunt, decimas Ecclesie debent clerici, immò una Ecclesia alteri Ecclesie decimas persolvit, quando intra ejus fines, atque ambitus possessionem aliquam obtinet, ex prædicta ratione; quia videlicet cum omni decimarum ipsi prædiis inhæreat, *cap. si quis laicus 16. q. 1.* transit in quemcumque possessorem, *cap. cum non sit 33. dist. cap. ex literis, de pignor.* Nec obstat quod per mutationem persone mutetur rei qualitas, *l. locatio, §. ult. ff. de publican. l. qui procurator 89. ff. de acquir. hered.* Illud enim procedit, quando qualitas inest rei propter personam, ut in dictis juribus, & in *cap. unic. §. 1. juncto verbo Semestre, de jure patron. in 6.* secus tamen si qualitas inhæreat rei ratione sui ipsius; tunc enim ex mutatione persone non mutatur. *Clement. unic. vers. Prioratus, de supplend. neglig. resolut. vult. Peralta. in l. cum patroni, num. 30. ff. de legat. 2.* Gutierrez *lib. 1. practice. cap. 3. nu. 13.* At verò onus decimarum inhæret ipsi prædiis propter seipsa, *cap. pastoralis 18. hoc tit. & ideo mutatione persone qualitas rei non mutatur.* Hoc tamen more Ecclesiarum tuebatur se Gostidus Windocinensis adversus Petrum Sanctonensem Episcopum; nam cum salinarum omnium, quæ in ora maritima Olonenfi sitæ sunt, decimæ omnes datæ essent cenobio Windocinensi in dotem, & aliqua earum salinarum ad jus, & dominium pertinerent Saactonenfi Ecclesie, decimas ex iis persolvere cenobio Windocinensi Petrus Sancton. Episcopus repudiabat, eo argumento fretus, quod Ecclesie, præsertim majores, minoribus decimas non solverent. Quam rationem vehementer impugnat Gostidus Windocinensis *epist. 41. lib. 3.* ibi: *Insuper etiam decimas salinarum vestrarum, quas monasterium nostrum, patrimonium sancti B. Petri, & ejus alodium per sexaginta annos pacifice noscitur possedisse, nobis auferitis. Unde dilectionem vestram rogamus, ut quod aliter actum est, corrigatur, ne qui Apostolicæ præceptione nobis defensor constitutus fuerat, videatur persecutor; & sic lupus fiat (quod Deus abnuat) qui esse debuerat pastor. Nobis dictum est, quia dicitis, quod Ecclesia non debet decimam dare. Hoc verum est, ubi Ecclesia nihil habet in Parocia alterius Ecclesie; ubi verò Ecclesia in alterius Ecclesie Parocia possessionem aliquam habet, vel quodpiam, quod decimari debeat, illi Ecclesie decimam reddere debet, si illud ista possidere desiderat. Hoc tenet Italia. Hoc tenet Gallia; ibi enim novimus Ecclesias Ecclesiis decimas reddere, & majores minoribus, & minores majoribus, ubi altera earum possessionem obtinet in jure alterius. Circa decimas personales discrimen constituendum est inter clericos Ecclesie.*

clesiarum Rectores, & inter illos, qui à propriis parochis sacramenta recipiunt. Rectores nullo modo decimas præstant, quia sicut nemo sibi ipsi obligari potest, ita nec sibi solvere, *l. tutor 19. ff. ad Velle an. docent Innocentius, & Joannes Andreas in præsentì, Covar. lib. 1. var. capite 17. numero 8. Moneta de decimis cap. 5. num. 4. Humius de decimis cap. 2. Barbosa de offic. Parochi capite 28. §. 3. Nec obtabit, si obiciat, posse privatam personam diverso jure sibi obligari, quemadmodum tutor, tanquam debitor pupilli, solvit sibi ipsi tanquam tutori, *l. quærens 9. §. item, ff. de administr. tut. & Princeps potest filios suos legitimos efficere, non tanquam pater, sed ut Princeps, cap per venerabilem, qui filii sint legit. & Consul, tanquam**

privatus, manumittere, vel emancipare filium, vel servum apud seipsum, tanquam Magistratus potest, *l. Consul, ff. de adope.* nam omnia ea procedunt, quia una, eademque persona potest considerari diversis respectibus: at verò parochus, ut præter decimas personales debet considerari ut laicus sacramenta recipiens; & ut eas accipiat, debet considerari ut parochus, qui sacramenta confert; quæ actio, & passio, cum in eodem subjecto concurrere non possint, ideo nec sibi ipsi parochus decimas solvere potest. Quoad alios verò clericos cum cesset hæc ratio, & verè sacramenta recipiant à propriis parochis, ideo illis decimas personales solvere debent, ut post D. Thomam docent Covar. & P. Suarez ubi supra.

CAPUT III.

(a) Hadrianus Vigorn. Episcopo, & Herford. Episcopo.

EX multiplici questione Willelmi Presbyteri de Cretona accepimus, quod cum Ecclesiam de Cretane xxx. annis; & eo amplius pacificè possedisset, monachi de (b) Brueria decimas universas, quas de terris cultis eadem Ecclesia à prima fundatione sua semper percipere consuevit, in hoc quadriennio sibi, & Ecclesie penitus subtraxerunt, cum inter Abbatum de Brueria Vv. nomine, de consensu totius Conventus; & prædictum Presbyterum xx. annis, & eo amplius elapsis, talis intercessisse dicatur (c) conventio scripto monachorum authentico roborata, quod monachi prædicto Presbytero, & Ecclesie suæ in integrum de (d) blado, & universis leguminibus, quamdiu viveret, deberent persolvere decimas, exceptis minutis decimis, quas idem Presbyter ob exaltationem Ecclesie monachorum quietas clamavit. Cumque conventio temporibus trium Abbatum præscripti loci servata fuisset, Abbas illius loci ad præsentiam nostrum accedens à nobis (e) privilegium obtinuit, in quo monasterio suo indultum est, ut de laboribus, quos propriis manibus, aut sumptibus excolit, nulli decimas solvere teneretur. Qui siquidem reversus ad propria, tantam apud H. (f) Regem Illustrem Angliæ gratiam, & favorem invenit, quod Rex totam terram illius villæ, in qua Ecclesia præfati Presbyteri sita est, monasterio ipsius in perpetuam elemosynam contulit. Quo facto prædictus Abbas universis ipsius villæ colonis expulsis, totam terram prædictæ parochiæ excolens propriis sumptibus, Ecclesie debitos redditus subtraxit. Unde quia non fuit nostre intentionis per privilegium nostrum prædictæ conventioni derogare: f. v. per A. f. m. atque p. quat. utraque parte apud vos convocata, rei veritatem plenius inquiratis; & si inter prædecessorem memorati Abbatis, & prænominatum Presbyterum, consensu monachorum talis conventio facta fuerit, & per annum servata eundem Abbatem, & monachos auctoritate nostra moneatis, & districtus compellatis, ut eandem conventionem, vel compositionem, non obstante privilegio, nisi (quod non credimus,) de transactione ipsa in eodem privilegio contineatur, oc. & ap. cess. in violabiliter teneant, & observent, vel exinde pacificè convenient, & secundum formam compositionis redditus ipsi solvant.

NOTÆ.

(a) **Hadrianus.** Ita etiam legitur in prima collectione, *sub hoc titulo, capite 17.* & post Concil. Lateran. *part. 13. capite 11.* nullibi tamen exprimitur, cujus Hadriani sit præfens Decretalis; credo tamen juxta temporis seriem esse Hadriani IV. qui antea dicebatur Ottobonus, de quo plura Baronius, & Corjolanus *anno 1154.* quo ipse Pontifex creatus fuit: Ludovicus à Sancto Carolo in *Biblioth. fol. 106.* & alii Biographi Pontificium.

(b) **Brueria.** Monasterium hoc Brueriæ est in Surreia, Angliæ Provincia, in Comitatu Oxoniensi, tituli Sanctæ Mariæ, Ordinis Cisterciensis, cujus fundationem refert Mantique *annal. Cisterciens. anno 1148. cap. 19. num. 4.*

(c) **Conventio.** Quatenus compositio transactione super decimis facta subsistat, exposui in *cap. 2. de transact.*

(b) **Blado.** Bladus, vel bladum idem est, ac semen fructuum, præcipue frumenti, & designat quicquid in area teritur: unde imbladare, pro seminare; & imbladata, pro seminata, dicitur.

Ddd 4 Hove

Hovedenus anno 1198. agens de foresta Richardi I. ait: *Et videnda sunt in reguardo nova essarta, & vetera imbladata post ultimum reguardum, & quo blado, vel legumine imbladata sunt. Nova autem sarta erunt in manu Regis: si vetera sarta imbladata sunt de frumento, vel siligne, unaquaque acra dabit XII denarios de illa vestitura. Illustrat Joannes Voisius de vitiis sermonum lib. 3. cap. 26.*

4. (c) *Privilegium.* Cujus mentio fit in cap. ex parte 10. hoc. tit. & in l. 4. tit. 20. partit. 1. ibi: *En este Concilio fue establecido, que les valiesse el privilegio, que les otorgo el Papa Hadriano, quanto en las heredades, que auian ganadas fasta a quel mismo Concilio.*

5. (f) *H. Regem.* Henricum II. videlicet, cui Hadrianus noster concessit dominatum Hibernie, ut referunt Giraldus Cambrensis lib. 2. expurgationis Hibernie, cap. 6. ibi: *Henricus ab Hadriano Papa privilegium impetravit ejusdem auctoritate, & assensu, Hibernico populo tam dominandi, quam ipsam in fidei rudimentis informandi, per Joannem Sarisburiensem postmodum Episcopum Carnotensem Romam ad hoc destinatum: idem Papa Regi annulum in investitura signum presentavit, qui statim cum privilegio in archivio Wintonie repositus fuerat. Parisius anno 1155. ibi: Rex Anglorum Henricus nuncios solennes Romam mittens, rogavit Papam Hadrianum, ut sibi liceret Hibernie insulam hostiliter, & terram subjugare: quod Papa grateranter annuens, hoc sequens privilegium ei designavit. Hadrianus Episcopus servus, &c. Significasti nobis (fili in Christo charissime,) te Hibernie insulam ad subducendam populum legibus christianis, & vitiorum inde plantaria extirpanda velle intrare, de singulis domibus annuam unius denarii B. Petro velle solvere personam, & jura Ecclesiarum illius terra illibata, & integra conservare: nos autem pium & laudabile desiderium tuum favore congruo prosequentes, & petitioni tue benignum impendentes assensum, gratum, & acceptum habemus, ut pro dilatandis Ecclesia terminis, vitiorum di-*

stringendo discursus, pro corrigendis moribus, & virtutibus inserendis, pro Christiana Religione augmento insulam illam ingrediaris, & que ad honorem Dei, & salutem illius insule spectaverint, exequaris, & illius terra populus te recipiat, & sicut Dominum veneretur. Westmonasteriensis anno 1155. ibi: Rex Anglorum nuncios solennes Romam mittens, rogavit Papam Hadrianum, ut liceret ei Hiberniam hostiliter intrare, & eam sibi subjugare, quod Papa Regi grateranter annuis, & super hoc privilegium destinavit. Hovedenus pag. 528. Polydorus Vergilius lib. 3. histor. Anglia, Richardus Smitheus in floribus Anglia, anno 1155. fol. 264.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu communiter deducitur, privilegium super decimis impetratum non derogat compositioni precedenti super eisdem decimis; nam licet privilegium sit interpretandum ita, ut aliquid de novo conferat ultra id, quod jure proprio competit ei, cui conceditur, c. in his, de privileg. ibi: *Cum autem eis nihil conferret memorata indulgentia, sine qua id liceret eisdem; mandamus quatenus interpretatione hujusmodi reprobató, ita quod dicti fratres ex indulgentia nostra videantur in hoc gratiam consequi. Et cap. si Papa, eod. tit. in 6. cap. pastoralis; in princip. de appell. l. si quando 109. ff. de legatis 1. late probat Rodericus Suarez alleg. 28. per tot. Tamen cum jus speciale competit, aut ratione privilegii, vel compositionis, non censetur Pontificem velle cum detrimento ejus, cui competit, privilegium concedere, nisi ejus compositionis facta mentione. Unde cum in presentii specie non solum ex jure communi, verum ex compositione plurium annorum lapsu firmata monachi de Buetia parochia decimas ex blado, & leguminibus deberent, privilegio noviter ab eis impetrato non creditur derogatum juri parochia ex conventionem quaesito.*

CAPUT IV.

(a) Idem B. Cantuar. Archiepiscopo.

Commisum nobis à Deo dispensationis officium admonet multipliciter, & hortatur, ut universis Christi fidelibus, vel Ecclesiis debeamus utiliter providere, atque integra illis jura sua nos oportet, atque illibata servare. Pervenit ad nos, quod monachi de Boxle (b) Sanctæ Mariæ, in parochia cujus commorantur, decimas ex integro persolvunt, & eas reddere contradicunt. Ea propter f. t. per A. f. m. quæ prædictos monachos, ut ipsas decimas etiam de ipsis cultis, in quibus domus olim constructæ fuerant, præfatæ Ecclesiæ cum ea integritate persolvant, quæ prius quàm in eadem Ecclesia morarentur, solebant (c) persolvi, sine ap. ob. nostra auctoritate, compellas communi districtione: & sicut olim etiam de pascuis solvebantur decimæ, ita nunc de eisdem ad (d) frugum fertilitatem translatis, decimas volumus absque diminutione persolvi.

NOTÆ.

1. (c) *Idem.* Ita legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 18. in sexta autem legitur, *Idem Thomæ*; sed utrobique male. Non B. quia temporibus Hadriani IV. nullus fuit Archiepiscopus

Cantuariensis hujus nominis: non Thomas, qui si textus hic est Hadriani IV. ut supponitur, qui decessit anno 1159. non potuit rescribere D. Thomæ, qui electus fuit in Archiepiscopum Cantuar. anno 1161. ut probat Smitheus in floribus lib. 7. cap. 6. unde vel legendum est *Alaxander*

Alexander III. B. Thoma Cantuar. vel cum in antiquis codicibus legeretur idem T. expressum fuit à Compilatoribus, & transcriptum, idem Thoma; cum transcribendum esset, Theobaldo. Theobaldus enim electus fuit in Archipræsulem anno 1138. & floruit usque ad annum 1161. cuius præclaras animi dotes refert, & illustrat Smithus ubi supra, lib. 7. cap. 4.

(b) *Boxle Sanctæ Mariæ.* Legendum est, *Boxelia Sanctæ Mariæ*, Monasterium Boxeliæ, tituli Sanctæ Mariæ, est in diocesi Cantuariensi, Ordinis Cisterciensis, de quo Nicolaus Arsfeldius hæc habet: *Boxelia nullo Sanctæ Mariæ fundato Guillelmus Comes Cantia, tempore Stephani Regis Monachi Albi.* De eo agit Manrique tom. 2. annal. Cisterciens. anno 1146. cap. 12.

(c) *Perfolvi.* Aliis si non extaret memoria talis solutionis, & omnino prædia illa essent ad culturam redacta per dictos monachos, decimæ ex eis non deberentur, cap. ult. de privil. ibi: *Consultationi vestra breviter respondemus, quod terra, de qua non extat memoria, quod aliquando culta fuisset, redacta per religiosos viros noviter ad culturam, perpetuo debet quoad immunitatem de non solvendis decimis novalium jure censi.* Consentit Alexander IV. in cap. 2. hoc tit. lib. 6.

(d) *Ad frugum fertilitatem.* Et merito, nam si ex herba, & pascuis decimæ præstabantur, ex fructibus in eorum locum subrogatis decimæ solvi debent, cap. cum in tua, hoc tit. argumento legis certo generi. ff. de servit. rustic. late probant Barbosa in select. ad hunc textum. Sicut è contrario si ex fructibus terræ, frumento, vel simili decimæ solvebantur, & postea deleatur terræ cultura, ex fœno, seu herba decimæ solvetur, cap. 6. hoc tit. in collect. ibi: *Per venit ad audientiam nostram ex conquestione B. Dolensis Archidiaconi, Rectoris Ecclesiæ de N. quod cum Ecclesiæ ipsa de frugibus quarundam terrarum, quæ infra fines parochiæ suæ posite afferuntur, decimas perfolvere consueverint, nunc ad prætorum opus remanentibus eisdem incultis, decimæ de fœno, quod ab eis colligitur, eidem Ecclesiæ circumspessione, quæ convenit, providere renuunt: ideo d. v. p. A. s. m. quat. Ecclesiæ, de qua præmissimus, fœni decimas, quod de terra provenit, à memoratis earum dominis per ecclesiasticam distributionem exsolvi sub. ap. ob. compellatis.*

COMMENTARIUM.

EX hoc textu talis communiter deducitur conclusio: *Omnes parochiani, etiam religiosi, de prædiis propriis, ex quibus decimæ olim solvebantur, decimas præstare coguntur.* Quam conclusionem probant textus in cap. alia causa 6. cap. cuncti 41. cum aliis, 16. quest. 1. c. plerique 7. de patris. Gregorius VII. in Concilio Romano, ibi: *Nullus Abbas decimas, & primitias, & reliqua, quæ secundum constituta canonum ad Episcopum pertinent, sine auctoritate Romani Pontificis, seu Episcopi consenti, in cuius diocesi habitat, decimeat.* D. Thomas 2. 2. quest. 87. artic. 1. Illustrant ultra congestos in presenti à Barbosa & Doctoribus de decimis scribentibus, Duarenus lib. 1. de sacr. cap. 20. Corraus de sacerdotio lib. 2. cap. 6. Solorzanus de jure Indiar. tom. 2. libero 1. cap. 21. num. 50. Leander in præcept. Eccles. tractatu 6. disputat. 6. quest. 33. Carrasco ad II. Recopil. cap. 6. §. 4. & 5. per totum. Valenzuela consil. 33. ex num. 72.

Pellizarius in manual. regul. tom. 2. tractatu 8. cap. 7. sect. 4. quest. 7. num. 171. Hieronymus Garcia tom. 1. polit. regul. tractatu 8. difficult. 3. dub. 2. punct. 4. F. Ludovicus à Concept. in exam. verit. mal. tract. 2. in princip. & cap. 1. Suarez tom. 1. de relig. cap. 19. Fagundez in præcept. Eccles. lib. 2. in 5. præcept. cap. 4. Castropalao oper. moral. p. 12. disput. unic. num. 9. Lemaitre de decimis. lib. 1. cap. 11. Barbosa tom. 1. voto 41. Valenzuela consil. 3.

Sed pro dubitandi ratione sic in præsentem assertionem insurgo: Decimæ præstantur parochis in compensationem laboris in administratione Sacramentorum impensæ, ut infra dicemus: sed non percipiunt monachi sacramenta à parochis, immò ab omni lege jurisdictionali, & diocesana exempti sunt, ut probavi in cap. licet, de offic. Ordin. igitur non debent cogi decimas parochis perfolvere. Augetur hæc difficultas ex eo; nam monachi Cistercienses, de quibus in presenti agitur, exempti erant per nostrum Hadrianum Pontificem à solutione decimarum ex prædiis propriis manibus, & expensis cultis, ut constat ex cap. antecedenti, ubi notavi: igitur non rectè in presenti idem Pontifex decrevit, ipsos monachos Cistercienses teneri de prædiis ab ipsis cultis decimas integre perfolvere.

Quæ dubitandi ratione non obstante vera est præsens decisio, in qua, & in cap. ex transmissa, cap. à nobis, cap. tua nobis, cap. de cetero, cap. ex parte, cap. dilecti, cap. de terris, hoc tit. agitur de personis, à quibus decimæ solvendæ sunt: quam partem præsentis tractatus ut plenè absolvamus, sciendum est, regulariter ad decimarum præstationem teneri omnes fideles, qui de manu sacerdotis Sacramenta recipiunt, si aliquo modo ab earum præstatione non sint exempti, cap. ex transmissa 23. cum sequent. hoc tit. cap. ut decime, cum aliis, 16. quest. 2. Concil. Cabilon. sub Carolo can. 28. Porojul. can. 14. Battonius in apparatu, num. 9. & anno 44. num. 88. & anno 57. num. 24. & anno 257. num. 13. Turrianus pro canon. lib. 5. cap. 9. docent Suarez dict. tract. de decimis, cap. 16. Moneta eod. tract. cap. 5. quest. 1. plures relati à Barbosa de offic. Parochi, cap. 38. §. 3. num. 1. Hunnius in Encyclop. d. tract. de decimis, cap. 2. plura jura in eandem sententiam congerunt Demochares lib. 3. de sacrif. Mixtæ, cap. 25. Anastasius Germonius lib. 3. de sacrorum immunitatibus, cap. 19. Theophilus Raznaud. tom. 12. tract. mala è bon. Eccl. cap. 9. num. 12. sive parochiani sint divites, sive pauperes, quia cum decimæ ex justitia debeantur, cap. parochiani hoc tit. propter inopiam injustitia committi non valet, nisi necessitas adeo extrema sit, ut ab aliis temporalibus præstationibus excuset, l. 4. §. inopes, ff. de muner. & honor. cap. licet, de censibus, l. omnes 4. Cod. de annonis, lib. 10. faciunt lex honor 14. §. de honoribus, ff. de muner. & honor. late docet Velasco de privil. pauper. p. 1. quest. 37. per tot. Solorzanus tom. 2. lib. 1. cap. 22. & tunc debent suam egestatem parochis proponere, ut ita sinant illis decimas retinere, ut docuerunt Cevallos, Borellus, & alii relati ab Hunnio dict. cap. 2. Et quia de personis ecclesiasticis, quatenus teneantur decimasolvere, egi in cap. 2. hoc tit. & de Judeis, & Infidelibus dicemus in cap. de terris, hoc tit. superest, ut de laicis, & religiosis tantum agamus. Laici ergo fideles omnes tenentur propriis Parochis decimas

mas perfolvere, quia Sacramenta ab ipsis recipiunt, *cap. ex transmissa 23. cum sequenti, hoc tit. Suarez, Rebuffus, & Moneta, laudati à Barbo- sa de offic. parochi c. 28. §. 3. nisi specialiter sint à Pontifice ab hac obligatione exempti, cap. 2. de Ecclesiis adific.* Quoad Principes verò, supremosque Monarchas certum est, decimas debere; sed quia illi propriam capellam habent cum capellano, cui cura animarum committitur, idcirco ei Princeps decimas solvit, quia ab eo Sacramenta recipit; ideoque curio Regis dicitur in *l. 3. tit. 9. p. 2. De Regibus Hispanie* id referunt Abbas Pinaton libro 4. *hystor. Sancti Joannis, cap. 20. in fine. D. Ludovicus ab Exea in l. unio. C. de palatis, fol. 83. De Regibus Gallia idem tradit Lemaistre lib. 2. de decimis, cap. 1. De quibus capellanis regularibus exaudiendus est canon 22. Concilii Mogunt. ubi tres clericorum classes Patres constituunt, quorum alii sunt sub Episcopo, alii sub Abbate, & in servitio Domini Regis alii: unde constat, Reges secum clerum habuisse, suosque sacerdotes ab omni potestate Episcopi proprii exemptos, peculiarem parochiam constituentes, ad quam decima: regionum prædiorum spectabant, quas propterea nutu suo dispensabant, concedebantque vel ecclesiasticis, vel laicis; quod de cetero fieri ibi prohibent PP. & hortantur Principem, ut capellas suas, si fieri possit, deinceps viris ecclesiasticis committat: *Indignum est valde, ut qui in Regia dignitate ceteros Ecclesie filios auctore Deo præcellit, negligentis qua Dei sunt, exequi videamini: unde dignum erat, ut capellas villarum vestrarum laicis non committeretis, sed potius illis, qui & eadem sacra loca religiosius tractarent, & vobis exinde adiuti obsequium debitum impenderent. Sed quia aliter causis interventibus res se habere dignoscitur, monemus, & hortamur, ut secundum canonicam auctoritatem, ne (quod absit) periculum interdicti anathematis ex decimis præsumptis incurratis, si capellas vestras presbyteris, aut viris ecclesiasticis dederitis, & Dominicis decimas acceperint, sacra relictæ Ecclesie, & luminaria exinde competenter provideant, & presbyteri parochianas decimas accipiant, & populi necessitatibus debere invigilent. Si autem laici capellas habuerint, à ratione & auctoritate alienum habetur, ut ipsi decimas accipiant, & inde canes, aut cyniciarias suas pascant, sed potius Presbyteri Ecclesiarum eas accipiant, & inde restauracionem Ecclesiarum, & luminaria, & hospitium, ac pauperum receptionem exhibeant, & pro vobis, ac statu Regni vestri Domini misericordiam studiosè implorent.* Huic verò interpretationi adstruenda seculi pravitas, & Magnatum ejus ætatis superbia non mediocriter conferunt, namque labente disciplinâ putabant Magnates ad similitudinem Regis decimas se posse concedere Ecclesiis, vel oratoriis in propriis possessionibus constructis. Hinc tot canonibus, & sanctionibus regis cohibita fuit hac decimarum translatio, ut in Capit. Ludovici Pii edito anno 828. his verbis: *Quicumque decimam abstrahit ab Ecclesia, ad quam per justitiam dare debet, & eam præsumptuosè, vel propter munera, aut amicitiam, vel aliam quamlibet occasionem ad alteram Ecclesiam dederit, à Comite, vel à missis nostris astringatur, & eiusdem decime quantitatem cum sua lege restituat.* Et lib. 2. Capit. 36. ibi: *Ecclesia antiquitus constituta, nec decimis, nec aliis possessionibus privetur, ita ut novis orato-**

riis tribuantur. Refert Lemaistre *lib. 1. de decimis, capite 1. Novus notator Petri Blefensis ad epist. 82.*

Ad monachos, religiososque viros accedamus. *De decimis, capite 1. Novus notator Petri Blefensis ad epist. 82.* Et cum primis Ecclesie temporibus illi ut laici Sacramenta à propriis parochis reciperent, *cap. Ecclesia, cum aliis, 16. quest. 1. latè probavi in cap. intelleximus de etate & qualitate decimas, & oblationes ut ceteri laici illis præstabant, capite quest. 16. quest. 1. cap. 7. de pact.* Gregorius VII. in Concil. Roman. *cap. 9. Nullus Abbas decimas, & primitias, & reliqua, que secundum constituta canonum ad Episcopos pertinent, sine auctoritate Romani Pontificis, seu Episcopi consensu, in cuius diocesi habitat, detineat.* De decimis illustris est locus Antiochi homil. 120. ubi asserit, decimas debere à monachis ex duobus. Primò ex his, quæ aliorum beneficentiâ monasterium donantur; secundò ex iis, quæ opere manuum sibi ipsis monachi comparant. Duravitque hic mos pendentium decimarum à monachis etiam posterioribus sæculis, in eis præsertim regionibus, quibus pulsâ impietate nomen Christianum vigere cœpit; ideoque in legibus Hungaricis S. Ladislaus *Decretorum lib. 1. cap. 26.* statuit, ut Abbates de liberis suis darent decimationem Episcopis: & monasterium D. Martini in Pannonia non modò frugum, & pecorum, verum & liberorum decimas quotannis offerre, refert Bonifacius *decad. 2. lib. 1. & ex eo Bolesquetus ad Innocent. III. lib. 1. regestr. 13. epist. 199.* Quid autem sit dare decimationem de liberis, non satis constat. Lemaistre *dict. lib. 1. cap. 1.* existimat, liberos accipi pro hominibus iusta servitute manumissis, quos sub conditione operæ monasterii præstande domini manumiserant; aut accipi pro tervis oblati ad ministerium & famulatum monachorum. De oblationibus à monachis facienda apertus est locus D. Hieronymi *epist. 1. ad Heliodorum*, ibi: *Clerici pascent oves, ego pascor: illi de altari vivunt, mihi quasi instructio. se arbori securis ponitur ad radicem, si minus ad altare non defero, nec possunt obtendere paupertatem.* Easdem oblationes detulisse sacerdotibus monachos, qui solitudinem incolebant, patet ex vita Nathaëlis apud Palladium *cap. 18.* in illis verbis: *Ille audivit vocem pueri, & aperto hostio celsus, stans intrus dicebat ei, quis es? & quid tibi vis faciam? Respondet demon: Ego sum huius monachi minister, & fero panes, quoniam est agape tui nostri fratris, & eras illucescente Sabbarbo opus est oblationibus.* Illustrat Lemaistre *lib. 1. de decimis, cap. 12.* Itaque primis temporibus, cum inter laicos versarentur monachi, tam decimas, quam oblationes parochis faciebant; sed cum postea cepissent ad sacros ordines promoveri, & non solum Sacramenta sibi administrare, verum & in eorum collatione parochos juvare, ex prædiis quæ ob inopiam propriis manibus excolebant ceperunt eximii à decimarum præstatione; quæ exemptio nititur naturali æquitate, quia deficit fundamentalis ratio solvendi decimas, videlicet quia Sacramenta à parochis non recipiunt. Petrus Blefensis *epist. 82. ad Abbatem, & Conventum Cisterc.* ubi Richardus Cantuar. Archiepiscopus ait: *Non ponimus in cubum os nostrum, nec de sacro summi Pontificis disputamus; sed si Dominus Papa indulgentiâ speciali quandoque privilegiorum vos, dum Ordo vester in paupertate gaudebat, dum in vestris egentium sue tenuitatis viscera liberaliter effundebat, poterit*

tolerari ad tempus, licet in communem redun-
daret injuriam, quod causâ necessitatis fuerat
introducendum: nunc autem quando vestra posses-
siones multiplicatae sunt, etiam in immensum, pri-
vilegia hac potius ambitionis, quam religionis in-
strumenta censentur: quicquid indulgeant privile-
gia Ecclesie Romanae, vobis expedire non credo, con-
tra conscientiam vestram, quod alienum est, usurpare.
Quid si à Sede illa publicum emanasset edictum,
quod ubicunque inveniretis clericos, aut alterius ha-
bitus monachos equitantes, vobis liceret eos de suis
electionibus deicere, & equos in usus proprios reci-
nere? Quid interest equos rapitis, an decimas?
nisi quia decima res spiritualis est, & ideo enormius
sacrilegium in decimis committitur, quam in equis?
Cum Dominus precipiat decimas solvi, quis contra
eius preceptum potuit dissentire? Prodivina, & hu-
mana iussio sibi invicem contradicunt, obediendum
est Deo magis quam hominibus. Actandem ubi se-
ria adhortatione ipsos ad eam immunitatem, aut
ejurandam, aut temperandam invitavit, conclu-
dit hoc pacto. Quod si pernicaces vos, & inflexibi-
les exhibebis, vinculo anathematis inmodabilibus uni-
versos, qui aliquid vobis dederint, aut vendiderint, un-
de jus decimationis obveniat, atque in caelum clama-
bimus, & ad thronum summi iudicis appellabimus,
ne quis huius vitaculum excommunicationis absolvat.
Principum etiam favorem in hoc plenissime obtinebi-
mus, ut gladio spirituali manus civilis assistat, ut
quicquid contra Principale oraculum, venditum, aut
donatum vobis fuerit, confiscetur. Quo autem
tempore ceperint huiusmodi immunitates, apud
Interpretes adhuc non liquet; nam aliqui asse-
runt, à Paschasio Pontifice exemptionem hanc
originem ducere in cap. decimas 47. 16. quest. 1.
ita Hunnius de decimis cap. 2. num. 15. Alii à
Gregorio VII. ejus principium repetunt. Le-
maître dict. lib. 1. de decimis, cap. 11. Sed ve-
rius est, in Concilio Moguntino sub Paschali ce-
lebrato privilegium non solvendi decimas mona-
chis concessum fuisse, dict. cap. decimas, cap.
quest. 16. quest. 1. successit Gregorii VII. privile-
gium circa annos 1075. quod extat post. Con-
cilium Lateran. pag. 13. in hæc verba: Statuimus
ut monasteria ex suis prediis nullo modo decimas sol-
vere cogantur, quia si legitime danda sunt orphanis,
& peregrinis danda sunt. Indignum est enim, ut à
clericis exigantur, qui propter eum, cuius sunt deci-
mae, pauperes ejiciuntur; nam pauperes Domini sunt,
pauperum hereditas pauperibus eius eroganda est,
illus videlicet, qui propter amorem illius, que pote-
rant possidere, dimittunt. Magna ratione mittitur
dictum privilegium; nam monachi quicquid lucrantur,
non sibi, sed communitati acquirunt, pro fra-
trum sustentatione, & residuum in pauperes expen-
dunt: unde iniuste ab eis decima exiguntur. Quod
non solum in decimis personalibus, verum & in
predialibus, & mixtis, constat ex cap. licet 11. de
decimis. Post Gregorium VII. Hadrianus IV.
circa annum Christi 1154. nonnullas edidit de
monachorum decimis constitutiones, nempe cum
ex dicto Gregorii VII. & successorum Pontificum
gratia quaecunque praedia à monachis arabantur,
essent ab onere decimarum libera, is privilegium,
ac libertatem ad sola novalia restrinxit, ut
refert Alexander III. in Concil. Lateran. pag.
13. cap. 3. idem in epist. ad Thomam Cantuarien-
sem Archiepiscopum, edixit, ut monachi persol-
verent decimas ex integro de agris, & praediis,
quae olim culta fuerant, cap. commissum, de deci-

mis. Ampliavit dicta privilegia Alexander III.
statuens, ut nec de praediis, seu nutrimentis pro-
priis manibus cultis, verum nec praediis aliis lo-
catis decimas solverent, ut constat ex eius Epi-
stola ad Archiep. Eborac. quae refertur post Con-
cil. Lateran. part. 13. cap. 3. ibi: De compellendis
monachis albis, & nigris, & canonicis regularibus
ad solvendum decimas de terris conductis, quas ha-
bent ad terminum, vel ad firmam, à nobis tua dis-
cretio postulavit: sed te, vel quemlibet alium audire,
aut exaudire super hoc nulla ratione possumus, nisi
manifeste vellemus obviare justitiae, & praedecessorum
instituti contrariare, ne videamur religionem persequi,
quam si forte non habemus in nobis, in aliis diligere,
& fovere tenemur. Sed idem Pontifex agnoscens
Religiones augeri, & pluribus possessionibus
ditari, statuit, ut decimas solverent religiosi de
agris conductis, ut habetur dict. cap. 13. Concil.
Lateran. cap. 2. & Innoc. III. in Concil. Late-
ran. generali, cap. 55. absolute monachis indixit,
ut decimas praestarent de praediis conductis, & no-
viter acquiritis, ibi: Decernimus, ut de alienis
terris, & amodo acquirendis, eas propriis mani-
bus, & sumptibus excolerint, decimas persol-
vans Ecclesis, quibus ratione praediorum antea solve-
bantur, nisi cum ipsis Ecclesiis aliter duxerint com-
ponendum. Immo idem Innocentius lib. 4. epist. 85.
compescit huius privilegii abusum in quibusdam
monachis, qui vineas emebant, ut vinum ex eis
collectum possent distrahere, & ita ait: Extenden-
tes ad turpia lucra manus vestras multitudine mi-
tis vinearum, de quibus sibi (id est Episcopo) vel
Ecclesis sua dioecesis decima solvi solent; quarum
vinum licet nequaquam in proprios usus expendatis,
sed vendendum ad alias factatis provincias deportari,
decimas tamen sibi, vel ipsis Ecclesiis subtrahitis
ex istem. Et tandem illis comminatur in hæc
verba: Scientes vobis esse merito formidandum, ne
propter clamores ejusmodi sacrum Concilium auctore
Domino in proximo celebrandum privilegia vestra
coarctanda provident, vel etiam revocanda, cum
privilegium mereatur amittere, qui concessa abuti-
tur libertate. Quo autem ordine ceperint hæc
privilegia communicari ceteris Religiosis, &
monachorum Ordinibus, summorum Pontifi-
cum bulla testantur. Urbanus enim III. anno
1187. exemptionem à decimis indulgit Hospitali
fratrum Ordinis Cruciferorum, in civitate Bo-
noniae, in bulla, quae incipit, Cum antecessor-
um. Coelestinus III. eandem exemptionem con-
cessit Congregationi monachorum Montis Vir-
ginis, bulla quae incipit, Religiosam vitam. In-
nocentius III. anno 1129. eodem onere libera-
vit fratres Ordinis Redemptionis Captivorum,
bullâ quae incipit, Operante Patre. Joannes XV.
monachis Cassinensibus, ut constat ex chron.
Cassin. lib. 2. cap. 1. Innocentius III. Camaldul.
lib. 2. epist. 12. & Cisterciensibus in cap. ad an-
dientiam, hoc titul. Prædicatoribus, & Minori-
bus in capite nimis, de excess. Prælat. idem indulge-
re. Honorius III. anno 1216. eandem liberta-
tem censuit esse communicandam Fratibus Præ-
dicatoribus Ordinis Sancti Dominici, in bulla,
cujus initium est, Religiosam vitam. Clemens IV.
anno 1265. eandem exemptionem concessit fra-
tribus D. Francisci. Quae, & alia privilegia referunt
Mitanda in manuali, tom. 2. quest. 49. art. 12.
Barbosa de offic. Parochi, dict. cap. 28. §. 3. Pelliz-
zatus & Cruz ubi supra. Hæc tamen privilegia
tolerari posse ad tempus, ob paupertatem, ac
necessita-

necessitatem tantum, non si multiplicata sint possessiones exemptorum: docuerunt P. Blesensis *epist.* 82. J. Satisbar. *lib. 1. de iuris Curial. cap. 21. & epist.* 92.

9. De du-
bis circa
hac pri-
vilegia.

Sed circa prædicta privilegia nonnulla se offerunt dubia resolvenda. Primum circa personam, quæ possit ea concedere. Et dicendum est, Pontificem posse privilegium concedere, per quod quis eximatur à solutione decimarum, *cap. à nobis, cap. suggestum 9. cum sequent. cap. ad audientiam 12. hoc titul. cap. si de terra, cap. accedentibus 15. cap. dudum 31. de privil. docet Barbosa dict. cap. 28. §. 3. num. 12.* Episcopus autem dictam exemptionem concedere nequit per viam privilegii, quia functionibus Pontificiis, & Conciliaribus decimæ assignatæ sunt proptiis parochis, *cap. Ecclesia, cum sequent. 16. q. 1. nisi sint decimæ, seu decimarum partes illæ, quæ ad suam mensuram spectant, c. quia circa, de privil. docent Moneta de decimis, cap. 5. num. 129.* Rebuffus eodem tract. *quest. 5. num. 28. & 32.* Secundum dubium vertitur circa prædia novalia, id est noviter ab ipsi monarchis acquisita, an ad ea privilegia exemptionis extendantur? Et ad illa protrahi debere, probatur ex sequentibus. Primum, nam privilegia, quæ à mera Principis liberalitate proveniunt, late sunt interpretanda, *cap. quamvis, de præbend. in 6. ab specie probant textus in cap. cum dilecti 6. de donat. cap. olim 16. de V. S. cap. quia circa 22. de privil. sed prædictæ exemptiones à Summi Pontificis liberalitate, & beneficio proveniunt, capite sedes 15. de rescript. dict. cap. quamvis: igitur plene debent interpretari, & ad novalia extendi. Secundo id probatur in cap. ex parte, 27. hoc tit. in illis verbis: *Cum tibi, quod maius est, sit concessum, ut videlicet decimas de laboribus terræ parochiarum cum integritate percipias, de novalibus eas exigere satis potes.* Idem probatur ex cap. quia circa, de privilegii. Sed adhuc contraria sententia defendenda est, quæ probatur ex cap. tua 25. §. final. de decimis, cap. quid per novalia, de V. S. Et ex eo, nam privilegii, & præscriptionis eadem ratio est, *cap. duo sunt, de offic. Ordin. cap. super. §. præterea, de V. S. Baldus de præscript. 5. p. 2. quest. 26.* Sed præscriptio non extenditur ad novalia, *cap. cum contingat 29. hoc tit.* Igitur nec privilegium. Deinde quia privilegium non extenditur ad ea, quæ de novo accedunt, *Clement. 1. de consibus, l. si mandavero 22. §. is cuius, ff. mandati, cap. felicitis, de poenis, lib. 6. l. non modus 12. C. de servit.* Deinceps, nam omnia privilegia cum concedantur contra jus commune, *cap. privilegia 3. distinct. cap. final. 25. quest. 1. & contra iuris dispositionem operentur, c. in his 30. de privil. l. 2. ff. ad municip. odiosa sunt, & ita accipienda, ut minus lædant, cap. quod dilecto, de consanguin. & affin. cap. licet, de offic. Ordin. cap. veniens 19. de præscript. c. quamvis, de rescript. in 6. c. illa 16. de privil. docent Covar. *lib. 1. var. cap. 17. num. 13. Valafco consult. 58. per rotam: nec extensionem aliquam recipiunt, cap. petisti 7. quest. 1. etiam ex majoritate rationis, l. si pupillorum, §. si Prætor. ff. de rebus eorum, cum adductis à P. Barbosa in l. 1. p. 1. num. 19. ff. solut. matrim. & ab specie probant textus in cap. ex multiplici, hoc tit. cap. 2. §. 1. eodem tit. in 6. cap. veniens 19. de præscript. Retentâ igitur hac sententiâ, quam fuscè probat Solorzanius *tom. 2. lib. 3. cap. 21. num. 26.* non obstant contrariæ opinionis fundamenta. Non primum, nam illud procedit, quando privilegium***

interpretatur contra Principem concedentem; tunc enim plenissime accipiendum est, *dict. cap. cum dilecti.* Caterum si de tertii præiudicio agatur, strictè est interpretandum, cum semper intelligatur concessum sine tertii præiudicio, *capite super eo, de offic. deleg. capite ex tuarum, de auctoritat. & ista pallii, l. nec 9. C. de emancip. liber. Alciatus de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 11. non tamen adeo strictè sunt interpretanda privilegia, ut à propria verborum significatione recedatur. l. cum lege, ff. de testam. & ab ea interpretatione, quæ ex mente concedentis colligi potest, *cap. quid per novalia, de V. S. cap. quanto, de privileg.* Unde cum exemptio à solutione decimarum tendat in præiudicium parochi, strictè est accipienda. Nec obstat textus in dicto *cap. ex parte, pro cuius conciliatione cum capite tua 23. §. final. hoc titul. communiter DD. affirmant, textum in dict. cap. tua; procedere in concessione factâ à laicis; textum verò in dict. capite ex parte, in privilegio concessio ecclesiasticis personis, quod facilius ad novalia extenditur: ita docuerunt Cardinalis, Hostiensis, & Panormitanus in dict. cap. ex parte, & esse communem distinctionem dixerunt Covar. *lib. 1. var. cap. 17. num. 13. Valafco consult. 58. num. 9. & videtur probati ex l. 23. tit. 20. p. 1.* Rationem differentie ipsi assignant ex eo, quia decimæ à laicis teneri non possunt sine peccato; *cap. quamvis 17. cap. prohibemus 19. de decimis; & ideo privilegium laicis concessum, tanquam odiosum restringendum est. Sed hæc communis interpretatio sustineri non potest ex eo, nam si privilegium concedatur laicis, siue religiosis percipiendi decimas, semper odiosum est, & restringendum, cum præiudicet parochio proprio, cui jus competit ad eas, *cap. cum in tua, hoc tit. cap. veniens, de præscript. cap. ad decimas, de rescript. spol. lib. 6. ac proinde semper strictè interpretandum est. Quare hac solutione omisâ verius dicendum est, textum in dict. cap. ex parte, procedere in privilegio concessio ei, cui iure communi decimæ debebantur, præscriptionem tamen, vel alio modo jus ad eas amiserat; quo casu privilegium favorabile est, argumento capitis *ab exorsio, 25. dist. cum per illud regressus fiat ad jus commune, l. si unus, §. pactus, ff. de pactis.* Quæ solutio adimitur ex verbis ipsius textus, ibi: *De laboribus terræ parochiarum tuarum.* Ex quibus constat, privilegium illud concessum fuisse Rectori sanctæ Columbar, in cuius territorio parochiæ illæ erant. Docuit post Barbosam *dict. cap. 28. §. 3. Tondutus res. sol. canonic. cap. 101. num. 15.* Nec obstat textus in dict. cap. quia circa: cui ut satisfaciat Tondutus ubi *suprà*, discrimen constituit inter religiosos exemptos ratione beneficii, aut ratione privilegii, ut si sint exempti ratione beneficii, cum illa exemptio non repugnet iuri communi, extendatur ad novalia; secus verò cum ratione privilegii exemptio contingit. Et primo casu accipit Tondutus textum in dict. cap. quia circa. Sed ea solutione omisâ, verius dicendum est iuxta *suprà* tradita, quod ideo extenditur in eo textu privilegium ad novalia, quia agebatur de eius interpretatione contra ipsum concedentem, qui potuit legem apertius dicere, *l. veteribus 40. ff. de pactis; quia tunc nullum datur tertii præiudicium: docuit post Abbatem ibi. Covar. lib. 1. var. cap. 13.* Tertio dubitari solet, an prædicta privilegia non solvendi decimas extendantur ad illa****

illa prædia, quæ monachi aliis tradunt excolenda? Et inspecto jure communi hoc dubium decifum videtur, videlicet colonos ipsorum prædiorum teneri decimasolvere, *cap. licet, cap. nobis 24. hoc tit.* Inspectis verò ipsis privilegiis, discrimen est constituendum inter privilegia realia, & personalia; ita ut si privilegium sit personale, per quod eximantur religiosi à solutione decimarum, ipsorum coloni exempti non credantur: si verò sit reale, eximens bona, & possessiones, coloni non teneantur decimasolvere. *Azor lib. 7. Insit. cap. 37. vers. Secundo queritur, Olea de cess. jur. tit. 6. quest. 3. num. 2.* Unde cum religiosi mendicantes, & alia privilegia realia obtineant, in quibus non solum ipsi, verum & eorum prædia à solutione decimarum eximuntur, eorum coloni liberi erunt à decimarum præstatione, ut pluribus Rotæ decisionibus probat *Puteus decif. § 22.* Circa prædia, quæ ipsi religiosi ab aliis accipiunt excolenda, habemus expressam juris decisionem in *cap. dilecti, hoc titulo*; ubi docetur, decimas præstare teneri, ut ex ipsis prædiis conductis, etiam manibus propriis excolant.

^{10.} *Trialog. vers. de ceteris.* His animadversis ratio præsentis assertionis, quare videlicet omnes fideles teneantur propriis parochis decimasolvere, duplex assignari potest. Prima, ut per hanc præstationem Christiani non minus se gratos Deo ostendant, quam legis veteris cultores. *D. Chrysostomus homil. 43. in epist. 1. ad Corinthios*; & ut abundet plus gratia nostra, quam Scribarum, ut dicemus infra, in *cap. cum homines*, ubi agemus de origine hujus præcepti, & quo jure illud injunctum sit. Alia ratio deducitur ex adductis in *cap. cum secundum, de præbend.* nam si fideles Christiani accipiunt sacramenta, & alia spiritualia à propriis parochis, etiam debent temporalia illis præstare

ad eorum alimoniam, cum aliis propriis stipendiis in Ecclesia deservire cogentur: quare rectè ab Ecclesia præceptum est, ut omnes fideles teneantur decimasolvere propriis parochis præstare: quod præceptum probant *D. Cyprianus epistola 34. in fine*, *Chrysostomus homilia 4. in epistolam Pauli ad Ephesios*, *Divus Hieronymus epistola 2. ad Nepotianum*, & alii Ecclesiæ Patres congesti à *Crespetio in summa verbo Decima.* Circa religiosos etiam idem servandum est, nisi privilegio ab hac decimarum præstatione exempti sint; unde cum in præsentis textu adhuc temporibus Hadriani religiosi non fuissent exempti nisi à decimis eorum prædiorum, quæ propriis manibus noviter excolabant, non verò cum jam olim prædia illa decimasolvere debebant; ideò in *cap. 3. & 4. hoc titulo*, jubet Hadrianus, ut ipsi monachi de prædiis noviter acquisitis, & ex quibus antea decimæ præstabantur, decimas solvant.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta, cuius prior pars procedit in decimis personalibus, quas etiam monachi olim, dum adhuc laici essent, propriis parochis persolverent, propter sacramenta ab eis recepta; tamen postquam sibi ipsis sacramenta administrare ceperunt, cessavit causa obligationis præstandi decimas personales: at decimæ prædiales cum debeantur ut tributa realia ipsorum prædiorum, ut infra probabimus in *cap. de terris*; ideò monachi ea possidentes decimas ex illisolvere coguntur, nisi privilegio reperiantur exempti. Secunda verò pars dubitandi rationis referenda est ad tempora Hadriani IV. istorum jurium; cum enim ipse tantum concessisset monachis Cisterciensibus, ut de prædiis propriis laboribus noviter cultis decimasolverent, & privilegium tantum valeat, quantum sonat, de prædiis noviter acquisitis, aut illis, quæ jam olim decimasolvere debebant, easolvere coguntur.

II.
Dissolventur autem bitandis ratio.

CAPUT V.

Idem (a) Cantuariensi Archiepiscopo, & ejus Suffraganeis.

Pervenit ad nos, quod cum (b) parochiani vestri decimas bonorum suorum consueverint Ecclesiis, quibus debentur, cum integritate persolvere; nunc autem laudabili consuetudine permisâ, quidam ex ipsis de lana, de sceno, de proventus molendinorum, & piscariarum (c) ipsis Ecclesiis subtrahere non verentur. Sed quoniam institutioni (d) divinæ manifestius obviant, qui decimas ipsis Ecclesiis non persolvunt, f. v. p. A. f. p. m. quatenus parochianos vestros monere curetis, & si opus fuerit, sub excommunicationis distinctione compellere, ut de proventus molendinorum, & piscariarum, & sceno, & lana decimas Ecclesiis, quibus debentur, omni contradictione cessante, cum integritate persolvant.

NOTE.

(a) *Cantuariensi.*] Ita etiam legitur in prima collectione, *sub hoc tit. cap. 2.* & post Concilium Lateran. p. 4. cap. 2. De *Cantuar. D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.*

tuariensi Ecclesia, & ejus Præsule nonnulla notavi in *cap. 2. de rescriptis.*

(b) *Parochiani.*] Diœceses appellari parochias, & ipsos fideles diœcesanos, parochianos, late probat *Filescus de origine Parœc. cap. 1.* etiam

Ecc notavi

notavi in capite 2. de parochiis, capite 2. de pecul. cleric.

(c) *Piscariarum.*] In illis videlicet locis, in quibus piscatio in fructu est, ut in oris maritimis, & similibus locis, sicut in Corcyraorum regione contingebat; eos enim piscationis Thynnaria etiam quotannis Jovi Olympico, & Apollini Delphico præstasse, auctor est Pausanias in *Phoc.* pag. 624. Immo plerumque piscatio ad privatos, seu communitates jure domini spectat, ut probat, seu indicat syntagma, quod de jure maritimis olim scripsit Sirius Metropoli Neocæsareensis, quod fortè non extat, sed laudatur à Theodoro Balsam. in *scholis ad can. 4. Synodi Chalced. prope finem*; & constitutio Comneni seu bulla aurea de *prohibit. alienar. rerum*, apud eundem Balsamonem in *notis ad Synodum 7. can. 12. pagina mibi 516.* ex editione Gentiani Herberti & postea in Edmundo Bonefido in *lib. juris O-*

rient. Gothofredo post novellas Justiniani, ad Leonis 9. & 10. Et etiam privilegio, aut consuetudine plerique exercent piscationem in flumine aliàs publico, ut referunt Ripa in *lqominus, num. 36. de flumin.* Avendanno de *exequend. mandat. 1. part. cap. 11. Covarr. in regula Peccatum, 2. part. §. 8. num. 11. Pinel lib. 1. select. cap. 14. num. 18. Grotius lib. 2. de jure belli, cap. 4. §. 4. Lessius de justitia lib. 2. cap. 5. num. 36. quam consuetudinem supponunt, & admittunt contra libertatem naturalem, juxta quam communis est omnibus aqua profluens, Marcus Lyclama lib. 3. membran. eclog. 9. Jacob. Wandet. Graff. de jure public. ad leg. de captivis. 36. & 40. Seldenus lib. 1. maris clausi, cap. 14. & 15. quibus omnibus in casibus ex ipsa piscatione decima debetur, ex præsentis textu.*

(d) *Institutioni divine.*] Hæc verba exponemus infra in cap. 32. §. final.

CAPUT VI.

Idem (a) *Winton. Episcopo.*

Nuntios, & literas tuæ fraternitatis eâ, quâ decuit benignitate, recepimus, & petitiones tuas ut licuit curavimus exaudire, sicut illius personæ, quam purâ in Domino, & ferventi charitate diligimus, & cujus commodis, & profectibus intendere volumus diligenter. Cùm igitur ad officium tuum spectent ea, in quibus præcepti nostri desideras nostrâ auctoritate muniri, tantò in his debuisti facilius exaudiri, quantò ipsam eorum specialius salutem respiciunt, de quibus in extremo judicio redditurus es rationem. Inde est, quod f. t. per A. l. p. m. quat. tam Comites, quàm Barones, nec non & (b) milites, & omnes alios de parochia tua moneas propensius, & inducas, & ap. cess. ecclesiasticâ districtione compellas, ut decimas Ecclesiis matricibus de suis bonis omnibus communi integritate persolvant. Præterea parochianis tuis de fræno, equitio, pomis, pitis, apibus, & de omni fructu decimas solvere ecclesiasticâ districtione ap. cess. constringas.

NOTÆ.

(a) *Winton.*] Ita legitur in prima collectione, sub hoc titul. capite 3. & post Concil. Lateran. part. 4. capite 3. De Ecclesia Winton. nonnullâ notavi in cap. cum *Wintoniensis, de elect.*

(b) *Milites.*] Quibus olim permisum fuerat, ut decimas à prædiis ditionis suos in proprios usus converterent, propter expeditionem contra Saracenos, quoad bello mererent. Philippus in constitutione relata à Rigordo anno Christi 1187. ibi: *Qui alicujus terre magnam justiciam habet, ejusdem terre decimam habebit: miles crucem non habens, domini suo habenti eam,*

cujus erit homo ligius, dabit de suo proprio mobili decimam. & de fundo, quod ab ipso tenebit: si autem ab eo nullum tenebit fundum, de suo proprio mobili decimam domino suo ligio dabit. Laici decimarum incubatores usurpationis vallandæ gratiâ persusum voluerunt, decimam sibi beneficii nomine concessam à Romano Pontifice ob tuitionem Romanæ Ecclesiæ. Mattheus Paris. in *Henrico III. anno 1240. ibi: Item in Regno Francia multe decime militibus ab Apostolicis Patribus concessa creduntur, ut ipsi Romanam Ecclesiam tueantur; sed constat ab eis debitum suffragium esse denegatum, nec etiam constat eorum suffragium exercitui Domini Pape fuisse adhuc contributum.*

CAPUT VII.

Idem *Exoniens.* & (a) *Wigorn. Episcopis.*

Cum homines de Ottona secundum generalem Anglicanæ Ecclesiæ institutionem de frugibus suis in Autumno ix. partibus sibi retentis decimas Ecclesiæ,

cleria S. Michaelis, cuius parochiani sunt, sine diminutione solvere teneantur, antequam Ecclesie decimas ad eam spectantes persolvant, servientibus, & mercenariis suis de frugibus non decimatis debita rotius anni pro servitio suo impendant, tunc demum de residuo decimam persolventes. Unde discretionem vestram per A. l. p. m. quat. sub anathematis distractione illos cogatis, tam de frugibus, quam de nutrimentis animalium suorum, sine fraude, & diminutione aliqua, in Autumno, sicut moris est, statim collectis fructibus, & aliis temporibus, prout debent, persolvant, atque de subtractis, & recentis dignam satisfactionem exhibeant.

NOTE

(a) **V**igorn. Episcopus.] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 4. & post Concil. Lateran. p. 4. cap. 4. De Exoniensi, & Vigorn. Ecclesiis egi in cap. 9. de rescriptis, cap. 6. de filijs presby

COMMENTARIUM.

EX his tribus decisionibus sequens deducitur disputanda assertio: De omnibus fructibus, etiam piscationis, aut molendinorum, debentur decime non deductis expensis. Priorem partem assertionis probant textus in cap. ex parte. 10. cap. tua nobis, cap. ex transmissa, cap. pastoralis, hoc tit. cap. plerique, de pactis. D. Thomas. 2. 2. quest. 87. art. 2. Illustrant ultra congestos in presentia à Garanna, & de decimis scribentes, P. Suarez lib. 1. de decimis, cap. 4. Hunnius in Encyclop. tract. 5. de decimis, cap. 5. Secundam partem probant textus in cap. non est, cap. pastoralis, cap. tua nobis, hoc tit. & illustrent plures congesti à Barbofa in presentia, idem Barbofa d. §. 1. num. 34. & lib. 3. voto 96. Petrus Gregorius lib. 17. de rebus, cap. 17. Petrus Barbofa in l. fructus, ex num. 16. ff. solut. matrim. Castillo de rebus cap. 38. Fagundes in §. precept. lib. 1. cap. 2. Vascus in florib. verbo Decime, num. 8. Solorzano 2. tom. de iure Indiar. lib. 2. cap. 10.

Sed in hanc assertionem, que duplicem continet partem, duplici insurgam dubitandi ratione. Prima nascitur ex eo, nam si ex omnibus fructibus terre, aut maris decime essent solvenda, non attenderet, an licite, vel illicitè essent quaesiti: sed ex quaestu illicito, & fructibus injustè perceptis decime solvi non possunt, capite oblationes, 90. distinct. cap. de viro, 12. quest. 2. capite miror 17. quest. 4. docet Hispanus de decimis quest. 10. igitur indistinctè verum non est, ex omnibus fructibus decimas esse solvendas. Secunda pars assertionis etiam impugnatur ex eo, nam fructus non dicuntur proprie, nisi deductis expensis, l. fructus, ff. solut. matrim. l. 1. Cod. de fructibus & litium, l. si à domino 36. §. final. cum l. sequenti, ff. de perit. heredit. l. videamus 38. §. item 14. ff. de usuris, l. fructus 7. in principio. & §. impendi, ff. solut. matrim. l. aut Praetor 10. §. & fructus 20. ff. que in fraudem. Plura Tiracuellus de retract. l. unag. §. 15. Gargas de expensis cap. 1. ex num. 12. P. Barbofa in d. d. l. fructus, num. 7. Olyvaldus ad Donel. lib. 20. cap. 7. Covar. lib. 1. var. cap. 3. Escobar de rationem. tom. 2. comput. 15. Castillo de usibus, cap. 29. numero 26. Sed decime tantum ex fructibus praestantur: Igitur ut illae debeantur, necessario prius deduci debent expensae. Augetur hæc difficultas ex l. fructus, ff. famil. eretice, ubi cum agatur

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.

de expensis deducendis, vel non, ait Consultus, nullum casum intervenire posse, qui hoc genus deductionis impediatur. Igitur nec in decimarum praestatione talis deductio negari potest. Fulcitur secundo hæc dubitandi ratio ex eo; nam praestatio redemimæ, seu duplicis decimæ ex eadem re juri, & æquitati repugnat, ut probat Innocentius in cap. cum non sit, hoc tit. Sed nisi deducatur quantitas seminis, ex qua decima soluta fuerat, iterum eadem res redemimatur, præcipè cum plerumque contingat, non plures fructus nasci, quam fuerit quantitas seminis. Ergo semper expensae deducenda sunt. Augetur tandem hæc difficultas, nam certum est, decimas personales non aliter debere persolvi, quam deductis expensis; cap. ex parte 21. hoc tit. Igitur similiter prædiles decimæ, deductis expensis præstanda sunt.

Adhuc tamen defendenda est præsens assertio, pro cuius expositione sciendum est, decimam dictam fuisse à parte decima, quæ ex fructibus, & aliis rebus persolvitur, cap. 1. cap. nominis parochiani, hoc tit. l. 1. tit. 20. partit. 7. inde decumanus ager appellatur ille, ex quo decima pars Imperatoribus solvitur. Cicero lib. 2. de finibus: notavit Canilius ad hunc titulum, cap. 1. hinc decimare legiones dicitur quando decima pars supplicio afficitur; cum enim apud Romanos plures delictum perpetrabant, decimus eorum supplicio afficiebatur, ut sic metus ad omnes, poena ad paucos perveniret. Tacitus lib. 4. annalium, Capitolinus in vita Maerini, Titus Livius lib. 2. Cetera multitudo decimus quisque ad supplicium. Tertullianus ad Scapulam: Totam Carthaginem decimabis. Suetonius in Caligula, cap. 48. in Consilium inire nefandæ atrocitatis, legiones, quæ post excessum Augusti seditionem moverant, contrucitandi; atque à tam præcipiti cogitatione revocatus inbibere nullo potuit modo, quin decimare velle perseveraret. Ex Halicarnasseo, Platone & Appiano probant Mendoza in virid. decad. 1. Saturn. capite 1. Zerda in advers. capite 113. num. 1. & hoc decimare, & decimationem militum appellabant, ut probant Baronius in Martyrol. die 22. Septemb. P. Herodius lib. 1. Pandect. titulo 7. Dorleans ad Tacitum libro 3. fol. 357. Beyerlinch. in Theatro, verbo Decime. Inde quia fructuum pars decima solvitur à fidelibus propriis Parochiis, decima absoluti vocatur. Et licet aliquando ex consuetudine, vel præscriptione major, seu minor pars, quam decima solvatur, tamen semper tantæ origine decima dicitur, cap. tua nobis, hoc tit. late probat Rebuffus de decimis quest. 1. & 2. Valenzuela consil. 49. nam etsi verè decima pars fructuum non sit, inspecta tamen origine,

gine nomen retinet. Portionis hujus decimæ præstationem omni religione invaluisse, & eam fructuum partem, seu rerum acquiritarum quorundam sacerdotibus fuisse solutam; pro competito est. Siquidem Abraham adhuc in statu naturæ decimas Sacerdoti Melchisedech soluisse refertur *Genesis cap. 14.* & narrat D. Paulus *ad Hebræos cap. 7.* *Invenimus autem quantum sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha.* Jacob etiam in Melopotamiam profecturus decimas Deo vovit, ut traditur *Genesis cap. 28.* Rectè tamen Abulensis in *cap. 23. Matthæi, quest. 136.* notat in eo statu decimas non solvi ex præcepto, sed ex voto; nec ex fructibus terræ præcisè, sed voluntariè ex rebus, de quibus promittebantur; nec fuisse Levitis applicatas, sed pro libito volebantur, cui promissor mallet. Postea verò Deus populo suo legem tradens, iussit decimam fructuum partem sibi solvi, *Leviticus cap. 27.* ibi: *Omnes decimæ terræ, sive de pomis arborum, sive de frugibus, Domini sunt.* *Exodi cap. 22.* *Omnes decimas tuas non tardabis Deo reddere.* *Deuteronom. cap. 12. vers. 6. & cap. 14. vers. 22. & cap. 26. vers. 11.* Unde conqueritur Dominus de peccato circa præstationem decimarum commisso apud Ezechielem *cap. 20. vers. 40.* *Amos cap. 4. vers. 4.* *Malachiam cap. 38. vers. 10.* & laudantur Tobias ob hujus præcepti observantiam, *Tobie cap. 1. vers. 6.* & Judæi *1. Machabæorum 3. vers. 49.* Et quia ipsi exactissimè decimas pendebant, ideo Ecclesiæ Patres sæpè provocant eorum exemplum, cum de decimis præstandis agunt, ut D. Clemens *lib. 2. consuet. cap. 34.* D. Hieronymus in *cap. 3. Malachie*, D. Chrysostomus *homil. 4. in epist. ad Ephesios*, & alii, quos laudat Adm. Contzen. *lib. 6. pol. cap. 24. §. 1.* Illustrant Theologi positivi in *dictis locis*, D. Thomas *2. 2. quest. 87. artic. 1.* Becanus in *analog. cap. 7. quest. 6.* Spondanus in *anal. sacr. anno 2574. num. 6.* P. Menochius de *Republica Hebræorum lib. 2. cap. 4.* Apud Gentiles etiam receptum fuisse decimas Diis præstare, constat ex Diodoro Siculo *lib. 5.* Plutarcho *problem. cap. 16.* Herodoto *lib. 1.* Plinio *lib. 18. cap. 2. & lib. 19. cap. 14.* Xenophonte in oratione, quam edidit in Laudibus Ageilai, qui scribit ipsum duorum annorum spatio centum talenta & amplius Deo apud Delphos in decimam dedisse. Idemque refert oraculi iussu templum Dianæ contruxisse, ubi & annuam decimam consecravit ex fructibus terræ: & præcipuè ex prædiis, ac spoliis hostium decimam Gentiles solvisse referunt Valerius Maximus *lib. 1. cap. 1.* Diogenes in *vita Solonis*, Diodorus Siculus *lib. 11.* ibi: *Populus Atheniensis dicavit Deo decimam partem, quam ex spoliis detraxerat.* Illustrat Petrus Faber *lib. 2. semestr. cap. 3.* & alia decimarum à Gentilibus exhibitum exempla referunt Anastasius German. *lib. 1. de sacr. immunit. cap. 14. num. 8. & lib. 3. cap. 19. num. 4.* Philippus Thomasinus de *donatus cap. 4. pag. 33.* Beroaldus *ad Suetonium, folio 356.* Azor *tom. 1. Instit. libro 7. cap. 23. quest. 2.* Baronius *anno 57. num. 74.* Avendanno de *metu lib. 2. cap. 21. num. 26.* Quamquam negandum non sit, pleraque exempla, quæ ab eis afferuntur, non habuisse reverà rationem decimarum, sed simplicium oblationum, non ex iustitia, titulo debite sustentationis sa-

cris ministris debitarum, sed sponte ex voto ad aliquid impetrandum consecratarum. Quare legimus mercatores, propolas, aliosque lucris inhiantes, Herculi decimam vovisse; ut tanto heroë in societatem lucri vocato, facerent ut Numinum quoque interesset res suas, & commercia fecundiori fortunâ promoveri. Constat ex *l. 2. §. si decimam, ff. de pollicit.* Et hanc portionem Herculeam veteres vocabant. Varro *lib. 5. de lingua Latina*, Cicero *lib. 3. de natura Deorum*, cujus portiois meminerunt Tertullianus in *apolog. cap. 39.* Festus Pompejus *verbo Decima*, & ex eis Gothofredus & Budeus in *dicto §. si decimam.* Apud Athenienses decimæ in quos usus infunderentur, colligitur ex epistola Piliatri ad Salonem, interpretæ Sancto Ambrosio, ibi: *Denique Atheniensium singuli decimas frugum suarum separant non in usus nostros consumendas, verum sacrificiis publicis, commodisque communibus; & si quando bellum contra nos ingruerit, in sumptus deportandas.* Tandem apud Catholicos jam à primis Ecclesiæ sæculis decimas solutas fuisse, constat ex veteribus canonibus congestis ab Antonio Augustino in *epit. jur. Pontif. lib. 70. tit. 7. & libro 15. tit. 16.* Crespet. in *summa, verbo Decima*, de quibus decimis peculiares tractatus ediderunt Hispanus, Rebuffus, & Moneta, & Caninius, earumque materiam petraçtarunt ex Jurisperitis Covarruvias *lib. 1. variar. cap. 17.* Gutierrez *lib. 1. canonic. cap. 22.* Petrus Gregorius *lib. 2. synagmatum, cap. 20.* Gernomus ubi *supra.* Borellus in *summa deus, tit. 19.* Lemaitre in *integro libro de decimis*, Barbosa de *effic. Parochi, cap. 29.* Altessiera *lib. 3. disert. cap. 9.* Humnius in *Encyclop. tit. 22.* ex Theologis cum Divo Thoma *2. 2. quest. 87.* Suarez de *reliq. tom. 1. tractatu 2. de decimis*, Vasquez in *opuse, de benef. cap. 1.* Fagundes, Leanders & Tamburinus in *5. Ecclesiæ præcept.* Azor *p. 1. Instit. lib. 7. cap. 15.* Sylvester, Bafus, & alii Summittæ *verbo Decima.* Illud notandum est, decimarum præstationem eatenus esse actum religionis, quatenus per decimas foveantur ministri, à quibus exhibetur cultus Deo, quem exhibere non possunt, si sustentatione necessariâ destituantur. Quatenus tamen decimæ præstantur directe ipsis ministris, sic earum exhibitio est actus iustitiæ commutativæ; justum quippe est, ut seminantibus spiritalia, reddantur temporalia, ut dicitur ab Apostolo *1. ad Corinthios, cap. 9.* Merito ergo in Concilio Constantiensi *sess. 8. artic. 18.* damnatum est delirium Wicleffi, qui referentibus Waldensi *lib. 2. doctrine, cap. 64.* Nicolao Harpsoldio in *hisor. Wiclef. cap. 2.* contendeat, decimas esse meras elemosynas, nec ullo jure sacerdotibus deberi; quod alii quoque nonnulli hæretici tenuerunt, ut Leutardus, referente Glabro *lib. 2. hislor. cap. 11.* Idem sentiebat Joannes pecorum pastor, de quo Genebrardus *anno 1453.* Multerus *lib. 3. Cosmog.* quos refellunt Bellarminus *lib. de clericis, cap. 20.* Valentia *2. 2. quest. 5. distinct. 6.* Castro *adversus hereses, verbo Decima.* Et si Divus Augustinus in *Enchiridion, cap. 76.* & sanctus Chrysostomus *homil. 74. in Matthæum*, enumerent inter elemosynas etiam decimas, sumunt latè eam vocem pro quacunque pia contributione, etiam ex iustitia debeat.

debeatur, cujusmodi est ista; quod D. Augustinus disertè agnoscit *serm. 219. de tempore*, & optimè quoque Clemens Romanus *libro 2. consir. cap. 29. 31. & 38.* comparans decimas eum tributis Principum, quæ ex iustitia debentur.

4. Varias decimæ diffinitiones adducunt Doctores supra laudati. Aliqui ita diffiniunt: Decima est omnium bonorum licite questuorum quotæ pars Deo; ejusque ministris divinâ institutione debita. Ita Rebuffus de decimis, *quest. 4. Moneta cap. 2.* Alii ita, ut Decima sit pars fructuum, ad quam petendam jus competat Parochis ratione administrationis Sacramentorum. Barbola *dict. capite 28. de offic. Parochi. num. 3.* Alii tandem ajunt: Deinde est pars omnium eorum, quæ quis licite quavis ex causa acquisivit; ministris Ecclesiæ resolvenda. Canisius de decimis *cap. 2. num. 5.* Sed his omisissis, & aliis traditis à Peteo Gregorio *lib. 2. syntagm. cap. 21.* Hostiensis in *presenti titulo. relictus* ita diffiniuntur; ut decima sit? Quota fructuum, vel lucri liciti portio Deo debita. Deducitur ex *cap. parochianus 14. cap. tua nobis 26. hoc tit. cap. decima 16. q. 1.* Dicitur quota fructuum, loco generis, cum alia fructuum similes partes solvantur Imperatoribus, & aliis personis, ut infra dicemus; quare autem Deus decimam partem, non verò majorem, nec minorem sibi reservaverit, disputant Doctores? Et nullam congruam posse assignari rationem, putat Tindarus de decimis, *num. 28. ex eo*, quia in arbitrariis rationem querere superfluum sit. Glossa in *l. 1. ff. de pactis*: quo casu accipiunt textum in *l. non omnium, ff. de legibus*, Menochius de *arbitr. casu 82. num. 14.* Corralius de *jure civili in artic. redig.* Verum D. Thomas ubi supra, Rebuffus *d. quest. 2. num. 3.* rationem reddunt ex perfectione hujus numeri. Cætera verò diffinitionis verba loco differentia apponuntur, cum ille decima tantum debeatur Deo in signum universalis domini, *cap. tua, cap. cum sit, 33. hoc tit.* Dicitur etiam pars fructuum, ut comprehendantur grana, & legumina, nec non fructus arborum, *cap. pervenit 5. hoc tit.* Dicitur etiam lucri portio, ut omnia luca aliunde obvenerint comprehendantur, ut proventus molendinorum, *cap. pastoralis 28. hoc tit.* pensiones ædium, *cap. penult. de pactis*; & quicquid ex artificio, seu professione provenit, *cap. decima 16. quest. 1. & infra* dicemus. Circa divisionem decimarum sciendum est, decimas plerumque dividi in prophanas, & ecclesiasticas. Prioris generis varæ sunt species; alia enim dicuntur pœnales, alia tributaria, colonariae alia. Pœnales dicuntur, quæ in pœnam inferuntur, ut decima, quæ ex jure civili in iudiciis pecuniariis in usu erant; nam qui indebitam pecuniam ab alio dolo malo postulabat, decimam pecuniæ in controversiam adductæ pendebat fisco in pœnam litis temerè institutæ; & eodem modo, qui creditori legitimo debitam pecuniam negabat, eandem decimam arario inferebat, postquam in lite succuberat, *§. hoc autem, Instir. de pœna temere, auhent. generaliter, C. de Episcop. & cleric.* Illustrant Cujacius *lib. 7. obs. cap. 7.* Theophilus in *dist. §. hæc*: Pancirola *lib. 1. var. cap. 38.* de qua decima accipiunt textum in *l. 1. §. proinde, ff. de variis & extraordin.* Pancirola *dicto libro 1. cap. 33.* P. Pitheus *lib. 1. advers. cap. 18.* Gernonius *lib. 3. de sacrar. immunit. cap. final. num. 23.* D. D. Gonzal. in *Decretal. Tom. III. Pars II.*

Item apud Romanos lege Julia, & Papiæ cautum erat, ut si nullos filios conjuges susciperent, tantum decimam partem ad invicem caperent: ibi: *Viro, & uxori inter se matrimonii nomine decimam capere jus esto.* Ulpianus in *fragmentis, tit. 15.* cujus legis decimarie vestigia extant in *l. si quis solidum 72. de heredibus insti. l. si is qui, ff. de vulgari. l. 62. & 63. ff. ad leg. Falcid. l. 2. C. Theod. de jure liber. l. 2. C. de infirmis pœnis*: notavit Jacobus Gothofredus in *quatuor fontibus ad leg. Papiam.* Tributaria decimæ sunt, quæ supremis Principibus præstantur ex pretio omnium rerum, quæ venduntur, *l. 1. & 2. tit. 17. lib. 9. recopit.* de qua integros tractatus ediderunt Girona, Lassarte, & Guierrez. Etiam decima tributaria præstatur ex metallis, quando ipsa in fundis privatorum reperiantur, *l. inter 17. ff. de V. S. l. cuncti, C. de metallariis, lib. 1. l. 4. & 5. tit. 13. recopit.* & populi noviter subiecti olim Imperatori decimas præstabant, ut ex Strabone, & aliis docet Pancirola *libro 3. var. capite 31.* Unde apud Ciceronem in *Verrem*, agri Siciliæ Decumani dicuntur: notavit P. Gregorius *libro 2. syntagm. capite 20.* Item decima tributaria Regi nostro solvitur ex omnibus rebus, quæ transvehuntur ab hoc Regno, vel econtrâ, *l. 1. titul. 28. libro 9. recopit.* Colonaria decimæ dicuntur, quæ præstantur colonis ex fructibus agri ad colendum accepti. Appianus *lib. 1. belli civilis, ibi: Volentibus agros colere annua vestigalia publicè esse pendenda, seminum partem decimam.* Ex legibus colonariis congestis ab Harmenopulo, illustrat Lemaitre *libro 1. de decimis, cap. 1.* Etiam ex jure nostro Regio duplex decima præstatur. Prima judici executori, *ex l. 1. titul. 3. l. 1. titul. 21. lib. 4. recopit.* de qua egi in *cap. cum ab omni, de vita & honest. cleric.* alia, quæ tutori solvitur propter laborem administrationis ex fructibus patrimonii pupilli, *l. 2. titul. 7. libro 3. fore,* de qua agit Guierrez *de tutel. 3. part. per rot.* Sed ut ad decimas ecclesiasticas perveniamus, communiter dividuntur in prædiales, personales, & mixtas. Prædiales sunt, quæ ex fructibus prædiorum præstantur, de quibus in *capite ad Apostolica, cap. ex parte, hoc titul. cap. 4. cum sequent. 16. quest. 1.* Personales sunt, quæ proveniunt ex artificio, & industria persona, ut ex mercatura, piscatione, & venatione, *capite decima 16. quest. 1. capite pastoralis, hoc titulo.* D. Ambrosius *sermon. 33.* Si autem fructus prædii in venatione consistant, ut sæpe contingit, *l. item si fundi 9. §. aucupiorum, ff. de usufructu, l. venationem 26. ff. de usuris, l. 12. §. in agro, ff. de instrum. vel instrum. legat.* tunc prædiales erunt etiam quæ præstantur ex negotio, aut artificio D. Augustinus *serm. 219. de tempore.* Mixtæ dicuntur, quæ proveniunt partim ex prædiis, partim ex industria, ut sunt decimæ fructuum, pecorum, & similibus, quæ causâ prædii, ubi animalia pascuntur, prædiales sunt; pecora enim videntur pars ipsius fundi, *l. 4. ff. de servit. rustic. l. 2. C. de V. S.* Ratione verò custodiæ sunt personales, *capite commissum, dist. capite Apostolica, hoc tit.* Inter prædictas autem decimas nonnullæ dantur differentiæ. Prima, quod prædiales debentur etiam à Judæis, non verò personales ut dicemus infra, in *capite de terris.* Secunda, nam personales

nales decimæ debentur in ea Ecclesia, in qua quis recipit sacramenta, dicto cap. ad Apostolica, vers. novoris, cap. questi sunt 16. quest. 1. quæ in Hispania generali consuetudine non solvuntur ex negotiatione, militia, & similibus, Solorzanus tom. 2. lib. 1. cap. 22. n. 41. prædiales verò illi Ecclesiæ debentur, in cuius territorio prædia sunt, cap. 18. hoc tit. cap. final. de parochiis. Tertia, nam personales debentur deductis expensis, cap. pastoralis, hoc tit. prædiales verò illis non deductis, ex præsentis textu. Alia etiam sunt decimæ extraordinariæ pro tempore, & causa aliquo modo indige ab habentibus potestatem, ut decima, de qua in Clement. 2. hoc tit. ex- & avagant. unica, eod. & decima pro subsidio Terræ Sanctæ, aut belli causâ, de qua in cap. 2. hoc tit. in 5. compil. & latè agit Rouffel. lib. 5. histor. Iurisd. Pontif. cap. 2. quam decimam belli gratiâ contra Sarracenos iniit, sapius Romanus Pontifex ex fructibus ecclesiasticis Regibus nostris concessit, ut referunt Spondanus in continuat. Baronii, anno 1275. P. Gregotius dicto cap. 20.

5. De quibus rebus decimæ debentur.

Deinde sciendum est, decimas, tam prædiales, quam personales, deberi ex omnibus fructibus, & proventibus, tam ex prædiis, quam ex hominis ministerio productis, & paratis, cap. non est cap. nuncios, hoc tit. Suarez ubi supra, cap. 34. Barbosa dict. cap. 28. §. 1. nam non est major ratio solvendi decimas ex una re, quam ex alia. Deinde quia si instituta sunt ad sustentationem ministeriorum Ecclesiæ, a qualiter illi egent decimis inius prædii, quam alterius. Hebræi autem decimas solvebant ex omni esculento hominis, cuius incrementa sunt de terra: ex rebus tam natis ex arca, quam ex torculari, bobus, & ovibus, ac aliis animalibus, quæ sub pastoris virga transeunt, cap. 17 & 23. Levit. Abulensis in cap. 23. Matthæi, quest. 145. Etiam hortensia, vel medicinalia quæque, modò esui hominibus essent, in hunc censum veniebant, veluti mentha, pulegium, ruta, origanum, anethum, & id genus alia quorum nomina nec dum in lege concepta erant, sed & in Evangelio, Luca cap. 11. vers. 42. Matthæi vers. 3. cap. 23. ibi: *Va vobis Scribæ, & Pharisei, qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum.* Ubi Chrysothomus explicat, decimas datis, ut iusti iudicemini. Hieronymus, decimas exigitis, etiam de minimis, curantes ut lex servetur in quantum vobis est utilis, cætera verò opera iustitiæ parvipenditis. Utramque referunt Albertus Magnus, Toftatus & Lira: itaque requirebatur, quod hominis esculentum esset, quod de terra lumeretur, quod deponeretur in horreis, cellis, vel apothecis, ut ex Talmudicis notavi in cap. 1. hoc tit. Cum ergo in lege veteri ex omnibus fructibus prædiorum decimæ solverentur, & in lege gratiæ ex omnibus fructibus solvi debeant, ne Christiani sint minus liberales erga sacerdotes legis gratiæ, quam Judæi erga suos Levitas; ideo debentur decimæ ex omnibus proventibus rerum, tam mobilem, quam immobilem; exempli gratiâ ex omni grano, & vino, c. quicumque 16. q. 7. c. non est, hoc tit. ex oleo, pomis, & fructibus arborum, cap. decima 16. quest. 1. ex leguminibus, cap. ex multiplici, hoc tit. ex feno, cap. pervenit, hoc tit. & quod vulgò dicimus, alacer. Solorzanus tom. 2. de iure Ind. lib. 3. cap. 21. ex proventibus molen-

dinarum, cap. ex transmissa, cap. pastoralis, hoc tit. ex pensionibus domorum, dict. cap. pastoralis, cap. plerique, de pactis: ex piscibus, sive redditibus herbarum, vulgò de bestas, cap. commissum, hoc tit. ubi Abbas num. 2. Solorzanus dict. cap. 21. nu. 6. ex lacte, fectu, & lana, dicto cap. pervenit: ex fructibus apum, cap. nuncios, hoc tit. ex omnibus animalibus rusticis, & urbanis, cap. omnes 16. quest. 7. dict. cap. quicumque: ex piscibus, & avibus in propriis vivariis, & stagnis inclusis, dict. cap. pervenit: ex lino, cannabe, & fructu sericeo, vulgò gusanos de seda. Rebuffus de decimis quest. 9. num. 11. Moneta cod. tract. cap. 4. Ferro Mantique de differ. utriusque furi, quest. 151. Solorzanus ubi supra: & si ex uno prædio duplices fructus percipiuntur, vel loco unius seminis aliud feratur, ex omnibus decimæ debentur. Valenzuela consil. 33. Apud Anglos lex erat, referente Joanne de Hoveden in suis annalibus, parte posteriori, in hac verba: *De omni annona decima Deo est reddita, & ideo reddenda: si quis gregem equarum habuerit, pullum reddat decimum; qui unam tantum vel duas habuerit, de singulis pullis singulos denarios præbeat: similiter qui plures vaccas, decimum vitulum; qui unam, vel duas, de singulis vitulis singulos denarios; & qui caseum fecerit, dec. decimam Deo, & si non fecerit, lac decimet.* Immo ex tempore à Catholicis decima solvitur; quare instituta est Quadragesima, capite Quadragesima de consecr. distict. 5. Concil. Troslejan. can. 6. Nicolaus ad Consulta Bulgur. ibi: *Tempore Quadragesime, quo Deo carnis vestre decimas dantur, nisi voluptati est renuncians.* D. Augustin. serm. 219. ibi: *Et quod magis est, non rerum omnium & provenientiam, sed & ipsorum dierum decimas Deo dare debemus.* D. Gregor. in humilis, apud Eucharium lib. 13. Decret. cap. 11. Cmo. pag. 4. cap. 34. ibi: *Si per trecentos sexaginta quinque dies annus ducitur, & nos per triginta sex dies affligimur, quasi anni decimas Deo damus.* Illustrat Filefacus de quadrag. cap. 4. Bepedict. Hæzphentus disquisit. monast. lib. 10. tract. 8. disquisit. 1. Baronius anno 57. 136. & 173. Ayala de traditionibus, fol. 243. Azor tom. 1. instit. lib. 7. cap. 14. Menardus in not. ad Sacram. D. Gregor. fol. 50. Severinus Binius in not. ad epist. 1. Theophori. Coriolanus in can. 69. Apost. Aloix in notis ad vitam S. Dionysii, cap. 2. Carrier. tom. 2. Digest. fidei, fol. 56. Tandem ex omni negotio, & artificio decima præstantur, dict. cap. 10. ut ex captis in bello, ex fumis, ex lapidicinis, auri & argentei, vel aliorum metallorum fodinis; an verò ex hæreditate, vel legato decima debeat, disputant Fagundez ubi supra, lib. 1. cap. 2. num. 5. Moneta dict. cap. 4. num. 27. Barbosa ubi supra, num. 28. Hunnius ubi proximo, cap. 5.

Rursus sciendum est, decimas prædiales statim fructibus perceptis solvendas esse, ex præsentis capite, & ex lege 17. ibi: *Luogo que sean cogidos, adest tit. 20. part. 1. & tardius dare peccatum est, quia minus solvit, qui tardius solvit, ut si cui 12. in fine, ff. de V. S. l. final. Cod. de plus petit. & ideo solvendæ sunt antequam petantur.* Rebuffus quest. 12. de decimis, num. 7. adeo ut ad horrea clericorum à laicis deferendas esse decimas, docuerit Glossa verbo Horrea, in cap. revertimini 16. quest. 1. & in cap. decima, verbo Horreum 16. quest. 7. quam sequuntur plures congesti à Covar. lib. 1. var. cap. 17. num. 8. Paddilla in l. post mortem, num. 18. Cod. de fideicom. Guiti.

Gatierrez lib. 2. canonic. cap. 21. num. 43. Franchis decif. 124. Azueto in l. 4. tit. 5. lib. 1. recop. quod intelligendum est cessante consuetudine contraria, quae tempus, & modum praescribat ad decimarum praestationem, quae servanda est, dummodo ex ea fraus non sequatur, lib. 2. tit. 5. lib. 1. recop. Unde improbanda est sententia Archidiaconi, & aliorum, quos refert Didacus Perez in l. 1. tit. 5. lib. 1. ordin. num. 20. qui docuerunt, decimas non deberi a Laicis, nisi a sacerdotibus petantur: quibus non suffragatur praesens textus, in dicto cap. pervenit; hoc tit. ubi monitio desideratur; nam ea requiritur ad hoc, ut decimas non solventes, excommunicari valeant, dicto cap. omnes 16. q. 7. cum monitione non praemissa nemo excommunicari possit, cap. sacro, de sent. excom. non verò ut teneantur sub peccato morali, quod committunt decimas non solventes absque ulla interpellatione, argumento legis magnam, C. de contrah. docent Rebuffus de decimis, q. 12. num. 8. Azor. pag. 1. Instir. lib. 7. cap. 35. num. 17. Theophilus com. 12. tract. mala e bonis Eccles. cap. 9. num. 7. Decimae autem personales solvenda sunt in fine anni, cum particularis solutio non leviter incommoda afferre, l. plane, ff. famul. ercisc. cap. ex literis, de pignor. docent Glossa verbo Annus, in cap. revertimini 16. q. 1. Abbas in cap. pervenit, hoc tit. Rebuffus dicta q. 12. num. 4. Etiam sciendum est, decimas solvendas esse in ea specie, in qua res solent esse juxta commune hominum commercium, & ita solvendas esse in grano, non in spica; in vino, non in uvis; in oleo, non in olivis, cap. quicunque 16. q. 7. cap. non est, hoc tit. & ex fructu apum solvitur decima in cera, & melle; Hostienus, & Abbas in cap. nuncios, hoc tit. & ideo cum controversum esset, an decima sacchari solvenda esset ex ipsis canis, ex quibus saccharum deducitur; an verò ex saccharo jam confecto, resolutum fuit a Rota in causa Canariensis, solvendam esse ex saccharo, ut referunt Mohedanus decif. 68. § 152. Marqesanus de commiss. 2. p. cap. 4. num. 31. Nec contrarium docetur in praesenti textu, ubi statuitur, decimam solvendam esse in specie, in qua colliguntur fructus, statim ipsis collectis: cujus argumento idem tenuit Speculator ad hunc titulum, in fine, ex l. adeo quidem 7. §. cum quis, ff. de acquir. domin. Nam respondendum est cum glossa in praesenti, verbo fructus, decimas solvendas esse quanto citius fieri possit, nec ideo sequi, solvendas esse antequam species reducantur ad usum communem. Etiam animalium decimae solvenda sunt, quando non indigent lacte materno, ut earum solutio aliquod commodum afferat recipienti, & ne ex praematura praestatione inutilis fiat, l. si solvuntur 39. de solut. l. stipulatio 38. §. inter, ff. de verb. oblig. l. solent, §. 1. de aliment.

7
Traditur ratio decidendi.

Quibus ita animadvertis, ratio prioris partis praesentis assertionis provenit ex eo, quia decimae solvantur, ut per earum praestationem recognoscatur Deus ut supremus Dominus omnium rerum, juxta illud psalmi 23. Domini est terra, & plenitudo ejus. In cujus dominii recognitionem Dominus decimas sibi reservavit, cap. tua 26. cap. cum non sit 33. hoc tit. l. 17. tit. 7. p. 1. l. 1. tit. 5. lib. 1. recop. Igitur si Domini est universa terra, ex universis fructibus ejus decima praestari debet. Deinde quia si decima ab Ecclesia praecipue sunt, & assignata in clericorum, & pau-

perum sustentationem; unde plerumque appellantur alimenta pauperum, & tributa egentium animarum, cap. decima, cap. quoniam 16. q. 1. cap. tua nobis, hoc tit. inde ex omnibus rebus licite acquisitis decimae praestari debent, ut ita facilius Ecclesiae ministri sustententur. Secundae partis conclusionis ratio provenit ex eodem principio; nam Deus, tanquam Dominus universalis, in recognitionem dominii sibi reservavit decimas fructuum eodem modo, quo dominus est terrae, ac proinde nullis deductis expensis. Deinde, nam licet fructus civiliter accepti, sumantur deductis expensis; attamen naturaliter appellantur eodem modo, quo nascuntur: sed praecipuum solvendi decimas ex fructibus terrae, de fructibus naturaliter perceptis intelligitur: ergo decimae non deductis expensis solvenda sunt. Rursus, nam fructus, prout ex Dei beneficio proveniunt, sunt quicquid ex fundo nascitur: sed fructus omnes nascuntur in fundo sine expensarum deductione: ergo ex illis expensis non deductis decimae debentur.

8
Responditur difficultatibus.

Nec obstat prima difficultas supra adducta, pro cuius solutione sciendum est, satis dubium esse apud Interpretes, an ex rebus illicite acquisitis decimae debeantur? In qua questione Hispanus de decimis q. 3. § 10. docuit non deberi, motus ex cap. oblationes, 90. dist. ubi statuitur, oblationes defidentium fratrum recipi non debere, cap. de viro 12. q. 2. ubi non recipiuntur oblationes sacrilegi, cap. miror. 17. q. 4. ubi nec ejus, qui fugientem ad Ecclesiam extraxit, oblatio admittitur, cap. quia in omnibus, de usuris, ubi rejicitur oblatio usurarii & meretricis. At hi discrimen constituunt inter eos, qui ita res injuste, & illicite acquirunt, ut dominium earum non assequantur, ut fures, raptores, & similes, qui decimas ex eis rebus non praestant; tum quia earum dominium non habent; tum quia non possunt dici acquiritae, quae restitutioni obnoxia sunt: & inter eos, qui licet turpiter accipiant, tamen turpiter non retinent, l. 4. §. sed quod meretrici, ff. de condit. ob turp. & ex his rebus dicunt quod decimae debeantur: ita Moneta de decimis, cap. 4. num. 49. Barbosa ubi supra, num. 32. Sed prior opinio veritati propius accedit; siquidem non sine magno scandalo decimae ex hujusmodi proventibus recipi possunt. Accedit ea ratio, ne dicatur Ecclesiam mercedem prolibuli recipere, ut Gentiles accipiebant tributum ex meretricio quantum, ut referunt Suetonius in Caligula, Lampridius in ejus vita: ex quibus & alius notarunt Roa lib. 3. singul. cap. 13. Avendanno de metu lib. 2. cap. 41. num. 19. Nec obstat secunda difficultas, deducta ex dicta l. fructus, ff. solut. matrim. nam omnibus variis solutionibus, dicendum est, fructus vel considerari prout sunt lucrum, & respiciunt commodum usufructuarii, vel secundum se, ut nascuntur ex arboribus, & terra. Primo casu accipiuntur sumptibus deductis, quia restitutio illud praestat quod abstulit laesio, l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor. l. videamus, §. in Faviana, ff. de usuris: quo casu accipiuntur textus in d. l. fructus, l. 1. C. de fructibus & litium, l. si à Domino, §. fructus, ff. de pecu. heredit. l. fundus 51. ff. famul. ercisc. unde sequitur, legatarium, cui legantur omnes fructus fundi, non eximi ab expensarum, quae necessariae sunt, praestatione, l. final. ff. de usufruct. legat. probat P. Barbosa in d. l. fructus, ff. solut. matrim. in secundo verò

casu, si fructus per se tantum, & ut nascuntur, considerentur, deductioni expensarum locus non est; tunc enim non ut lucrum considerantur: unde cum decima ex fructibus, & sic ex lucro civiliter accepto decima prestatur. Nec obstat ætius in dicto cap. non est; nam licet indefinite loquatur, & sic referri possit ad omnia præcedentia, l. jam hoc iure, ff. de vulgari; tamen ex necessitate materia, & ne sequatur iurium antinomia, restringendus est ad decimas tantum prædiales, ob prædictas rationes; ut post Suarez & Barbosa docet Hunnius ubi supra, cap. de decimis. Unde inferitur, colonum partiarium nullo modo pro portione sua deducere expensas, cap. tua nobis, hoc tit. Moñeta in cap. 6. Garcia de expensis, cap. 1. num. 21. Azor. p. 1. Instit. lib. 2. cap. 19. q. 4. ita tamen, ut nunquam de una, eademque re decima debeatur, cum duplex decima omni iure repugnet. Innoc. in cap. cum non sit, de decimis. Unde dominus prædii locati, qui recipit mercedem locationis, decimam solvere non debet, cum jam decima sit soluta ex fructibus, & præsumatur locatio facta salva decima. Barbosa de offic. parochi cap. 28. num. 99. nisi præscriptione, aut privilegio contrarium introductum sit; tunc enim eorum ratione etiam decima præstari valet, ut probat l. de Barbosa dicto §. 1.

marum dedit, non respexit ad fructus civiles, sed naturales; ita cum personales debeantur, tantum ex lucro Ecclesia respexit ad fructus civiliter acceptos, quia jam jus civile vigeat; & sic ex lucro civiliter accepto decima prestatur. Nec obstat ætius in dicto cap. non est; nam licet indefinite loquatur, & sic referri possit ad omnia præcedentia, l. jam hoc iure, ff. de vulgari; tamen ex necessitate materia, & ne sequatur iurium antinomia, restringendus est ad decimas tantum prædiales, ob prædictas rationes; ut post Suarez & Barbosa docet Hunnius ubi supra, cap. de decimis. Unde inferitur, colonum partiarium nullo modo pro portione sua deducere expensas, cap. tua nobis, hoc tit. Moñeta in cap. 6. Garcia de expensis, cap. 1. num. 21. Azor. p. 1. Instit. lib. 2. cap. 19. q. 4. ita tamen, ut nunquam de una, eademque re decima debeatur, cum duplex decima omni iure repugnet. Innoc. in cap. cum non sit, de decimis. Unde dominus prædii locati, qui recipit mercedem locationis, decimam solvere non debet, cum jam decima sit soluta ex fructibus, & præsumatur locatio facta salva decima. Barbosa de offic. parochi cap. 28. num. 99. nisi præscriptione, aut privilegio contrarium introductum sit; tunc enim eorum ratione etiam decima præstari valet, ut probat l. de Barbosa dicto §. 1.

CAPUT VIII.

Idem Monachis de (a) Neub.

Dilecti filii nostri Abbas, & fratres Sanctæ (b) Crucis, transmisâ nobis questione demonstraverunt, quod prædia, unde decimas, & in magna parte sustentationem habere consueverunt, conduxistis, & recepistis ad firmam. Unde quoniam iidem fratres ex hoc immoderate, & enormiter gravantur, nec fuit intentionis nostræ, aut antecessorum nostrorum, ut de possessionibus, quas conductis, decimas non debeatis persolvere: Universitati vestræ m. præ. ut eis de fructibus de prædiis, quæ conduxistis in parochiis suis, de quibus consueverunt decimas percipere, plenarie persolvatis, vel cum ipsis tam pacifice, & amicabiliter conveniatis, quod nulla inter vos debeat scandali malitia suscitari, & vos videamini ultra quam vobis indultum est, manus extendere.

NOTÆ.

1. (a) **N**aub.] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 1. & post Concilium Lateran. p. 13. cap. 2. Variè tamen emendatur à Glossa marginali, sed verè legendum est, de *Neuborhel*: Monasterium enim hoc de Neuborhel, est in regno Scotia, de quo hæc refert Nicolaus Aispheldius in apparatu, num. 26. *Neuborhel, alias Neuborle, est in Regno Scotia, in Laudonia (alii in Lonthiania) Ordinis Cisterciensis: fundas sanctus David Rex, de quo mentio in literis Clementis III. Ex Scriptoribus Scotiae idem refert Manrique annal. Cisterc. tom. 1. anno 1140. cap. 14. num. 4. Unde cum jam à temporibus Hadriani IV. ut retuli in cap. 3. hoc tit. Monachi Cistercienses exempti essent à solutione decimarum ex prædiis propriis laboribus, sumptibusve cultis; ideò intendebant in præfenti specie, etiam de prædiis ab aliis conductis, sed propriis manibus cultis, decimas solvere non debere.*

(b) *Sancta Crucis.*] Monasterium sanctæ Crucis, vulgò Halyrudhovus, est in Laudonia propè Regiam, & Imburgum, ubi die festo Sanctus David Rex venationi intendens, à cervo percussus, dum cornu comprehenderet, Crucis imaginem, non cervi cornu vidit. Magnificentissimè conditum est, & D. Augustini Canonici concessum anno 1113, ut refert Pennotus lib. 2. hist. Canonicor. Regul. cap. 36. num. 5. Istiti autem Canonici decimæ debebantur, ut parochis, quia Sacramenta ministrabant in propriis Ecclesiis, ut constat ex verbis sequentibus, ibi: *Non parochiis suis.*

COMMENTARIUM.

Variis privilegiis monachos exemptos fuisse temporibus Alexandri III. à solutione decimarum ex prædiis propriis manibus, & sumptibus cultis, jam probavi in cap. 3. hoc tit. Unde ambigebatur in præfenti specie, an ipsi monachi virtute privilegiorum exempti essent à præstatione

præstatione decimarum ex illis prædiis, quorum dominium non habent, veluti ex prædiis ab aliis conductis? Et communis DD. opinio ita distinguit, ut si privilegii formula sit, quod non solvant decimas de prædiis suis, vel propriis, tunc teneri monachos ex prædiis conductis decimas persolvere: si verò privilegii formula sit, quod non solvant decimas de prædiis, quæ habent, tunc nec de prædiis conductis decimas debere, quando prædia illa suis manibus, vel saltem sumptibus excolunt, juxta textum in *cap. decimas 16. q. 1. cap. ex parte, hoc tit.* nam si religiosi exempti agros conductos propriis manibus, vel sumptibus colant, fructus ex laboribus suis sunt percepti; unde ex eis decimas præstare non debent. Sed cum habeamus præsentem Alexandri III. decisionem, non est cur hac distinctione utamur; Alexander enim expressè statuit, de prædiis à se conductis monachos decimas solvere debere, & rectè; nam verba privilegii, de quo in *dicto cap. 3. cap. ex parte*, ibi: *Laborum suorum*, propria significatione comprehendunt tantam prædia, in quibus dominium habent; pronomen enim illud *suorum*, dominium significat, *cap. quo jure 8. dist. 1. 2. §. 1. ff. de relig. ideo ad prædia conductà portigi non possunt. Accedit; nam hujusmodi privilegia ita interpretanda sunt, ut quantum minus lædant jura*

parochialia. Barbofa *de offic. Parochi. cap. 28. §. 3. num. 74. probavi in cap. 4. hoc tit.* sed si ad prædia conductà privilegium hoc protraheretur, facile conductis prædiis à monachis fraus fieret juri parochiali: quare ad ea privilegium non est protrahendum. Difficultas tamen non levis est circa prædia in emphyteusim accepta à monachis. Et etiam ex eis prædiis propriis manibus cultis decimas esse præstandas docuit P. Suarez *dicto lib. 1. de decimis; cap. 19. num. 12.* Sed contrarium, & rectius, docuerunt Covar. *lib. 1. var. cap. 17. Gutierrez lib. 1. canonic. cap. 21.* nam prædia emphyteuticaria verè & realiter propria censentur, saltem quoad dominium utile, *l. 1. C. de jure emphyt. l. 2. C. si ager vectig. ergo cum ipsa prædia pertineant ad dominium monachorum, & propriis sumptibus excolantur, erunt immunia à præstatione decimarum, etiam virtute talis privilegii: tum etiam, quia emphyteusis valde differt à locatione, §. adeo, *Instit. de locat. l. 1. §. 2. C. de jure emphyt. l. 28. titul. 8. partit. 5.* sed in præsentem tantum à prædicto privilegio excipiuntur prædia conductà: ergo non debet Alexander III. extendi ad prædia emphyteuticaria, cum non ita facile in fraudem juris parochialis possint prædia à religiosis in emphyteusim accipi, ac locari.*

C A P U T IX.

Idem Abbati & Fratribus de (a) Lorongio.

Suggestum est nobis ex parte vestra, quod Abbas, & fratres monasterii de (b) Ursino, decimas à vobis auferre conantur, & alia damna, & gravamina vobis irrogare non cessant. Quia verò non decet honestatem vestram, sive religionem monasticam, litibus, & contentionibus intendere, d. v. p. A. f. m. consulimus, & hortamur, quatenus cum prædicto Abbate, & Fratribus super decimis ipsis, & aliis, unde inter vos est controversia, pacificè convenatis, ne pro hujusmodi contentionibus fama vestræ Religionis valeat denigrari; nam quando Romana Ecclesia ordini vestro privilegia dederat de decimis, ita erant ratæ, quod exinde nulli poterat de jure scandalum suboriri: sed nunc per gratiam Dei in tantum sunt augmentata ac possessionibus ditata, quod multi viri ecclesiastici de Fratribus vestris apud nos (c) querelam sæpe proponunt.

N O T Æ.

1. (a) *Lorongio.* Ita legitur in prima collectione, *sub hoc tit. cap. 9.* in sexta autem habetur *Dalon.* sed utrobique malè; legendum enim est *Dalon.* nam Dalonense monasterium est Ordinis Cisterciensis in diocesi Lemovicensi, fundatum anno 1121. ut ex Auberto Mireo referunt Mantique *annal. Cisterciens. dicto anno 1121. cap. final. num. 7.* Fratres Sarmathani *tom. 4. Gall. Christ. fol. 326.*

2. (b) *Ursino.* Forfan monasterium hoc Ursinense, seu Urservense, est Ordinis D. Benedicti, de quo hæc leguntur in Chron. Lauffredi, edito à Philippo Labeo *tom. 2. Biblioth. fol. 263. Eo anno cenobium Urservense nonas Maii, luna ix. hora noctis 1. igne crematum est in diebus Richardi Abbatis.* Fundatum fuit in diocesi Lemovicensi ab Hildegario Eofcopo, ut referunt Fratres Sarmathani *tom. 4. Gall. Christ. fol. 961.* qui illud Uzercense appellant. Ad Abbatem enim & monachos hu-

jus monasterii spectabant decimæ, de quibus in præsentem, forfan quia Ecclesiam parochialemangebant, aut privilegia ad eas percipiendas à Sede Apostolica impetraverant.

(c) *Querelam proponunt.* Unde Richardus Cantuariensis Archiepiscopus apud Petrum Blesensem *epist. 82.* acriter invehitur in ipsos monachos ex eadem causa, videlicet quia occasione exemptionis decimarum, cum ampla prædia possiderent, jus parochiale admodum lædebat. Verba Richardi retuli suprâ, *in cap. 4.*

C O M M E N T A R I U M.

Cum monachi Cistercienses exempti essent à decimarum solutione ex prædiis propriis laboribus, ac sumptibus cultis, & ampla prædia possidere cœpissent, magnum præjudicium irrogabatur parochis, ut propositum fuit in Concilio Lateranensi celebrato sub Alexandro III. ut refert Mantique *tom. 3. annal. Cisterc. anno*

anno 1179. cap. 3. Unde Alexander III. decrevit, huiusmodi privilegium revocandum esse, cum cepisset admodum esse damnosum: quod etiam docetur in cap. quid per novale, de verb. sign. l. 4. in fine, l. 5. tit. 20. part. 1. & in quocunque privilegio regulariter observatur. l. ex facto 4. ff. de vulgari, ibi: Iniquum fieri incipit privilegium Principis. Et cap. quanto, de censibus. l. 1. §. Trebatius, ff. de aqua quorid. unde aiebat Tacitus lib. 3. histor. quod apud Sapientes casta habebantur, quæ nec dari, nec accipi salva Republica poterant. Exemplum extat in actis Alphonsi, & Sancii apud Marianam lib. 12. histor. Hispan. cap. ult. & illustrat Grotius lib. 2. de iure belli, cap. 14. num. 12. Nec obstat regula Decret. de regul. juris in 6. ubi docetur, privilegium Principis perpetuum esse debere; nam id procedit, nisi adfit causa publicæ utilitatis, quæ suadet, ut revocationem privilegii, iuxta casum huius textus, & aliorum, quos adducunt Glossa, & Pechius in dicta regula Decret. vel cum privilegium concessum est ex causa onerosa; tunc enim revocari non potest, quia transit in vim contractus, ex quo Princeps etiam subditis efficaciter obligatur, cap. 1. ubi vulgo notatur, de probat. Illud tamen dubitari solet, an eo casu, quando apparet, ex tali exemptione Ecclesiam enormiter læsam esse, ut privilegium ipso jure amittatur, sit necessaria superioris revocatio? Quam questionem disputant Felinus in cap. cum accessissent, de consuet. P. normitanus in presenti, num. 4. Et est communis antiquorum resolutio, delictum esse assignandum: aut videlicet privilegium est insertum in corpore juris, aut non est insertum. in primo casu asserunt, quod superveniente enormi læsione Ecclesiæ, non revocatur ipso jure privilegium; secus tamen in secundo casu. Sed hæc distinctio sustineri non potest, ex l. ex

facto, ff. de vulgari, ubi privilegium patri concessum, quod possit pro filio furioso restari, cessante furore, ipso jure revocatur, absque aliqua declaratione. Quare omittis variis sententiis, dicendum est, quod si ipsi privilegiato confiteri Ecclesiam enormiter læsam esse ex privilegio, eo ipso absque alia superioris declaratione amittere privilegium in foro interiori, adeo ut decimas, quas non solverit, teneatur in foro interiori restituere ex celebri doctrina Glossæ in cap. rescripta 25. q. 2. Et ratio est, nam eo casu constat privilegiato de mente concedentis; & semper privilegium habet intrinsecè eam conditionem, videlicet si Ecclesia non lædatur enormiter. Si ergo in principio concessionis talis læsio impedit privilegii concessionem, multo magis suspenderit, aciet illud cessare; & eo casu non poterit privilegiatus tali privilegio uti in foro conscientiarum: at in foro contentioso non poterit Ecclesiam parochialis propria auctoritate cogere Religiosos ad decimarum solutionem, sed necessaria est iudicis sententia: at vero si enormitas læsionis liquido non appareat, ita ut arbitrium superioris necessarium sit, tunc adeundus est Summus Pontifex, qui iuxta rei qualitatem decernat, an privilegium eo casu locum habeat, nec ne; nam solus ipse, qui privilegium concessit, potest de ejus viribus cognoscere, ut probavi in cap. cum venissent, de iudic. Id verò summè notandum est, quod etsi eo casu declaretur à summo Pontifice læsionem enormem esse, adhuc poterit ex ipsius voluntate sustineri privilegium quoad aliam partem: quod ab aliis Ecclesiæ Prelatis ex delegatione cognoscentibus fieri non potest; quia eo ipso, quod constitit parochiam esse enormiter læsam, tenentur declarare privilegium in totum cessasse, ut in presenti textu supponitur.

CAPUT X.

Idem (a) Tarracon. Episcopo.

EX parte tuæ fraternitatis noveris pervenisse ad nostram audientiam, quod albi monachi, & (b) nigri, & quidam alii religiosi viri Ecclesias tuæ jurisdictionis redditibus decimarum spoliare præsumunt occasione privilegiorum, quæ sibi Romana indulserit Ecclesia. Sanè tuam nolumus latere prudentiam, quod sanctæ memoriæ prædecessores nostri ferè omnibus Religiosis decimas laborum suorum concesserant: sed bonæ memoriæ prædecessor noster (c) Hadrianus solis fratribus Cisterciensis Ordinis, & Templariis, & Hospitalariis decimas laborum suorum indulserit: cæteris autem tantum, ut de novalibus suis, quæ propriis manibus, & sumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium suorum, & de (d) hortis suis decimas non persolvant, concessit, quem super his imitati sumus, quia ii, quibus indulta sunt decimæ de (e) novalibus suis, & de nutrimentis animalium suorum, & de hortis suis, hac occasione decimas de aliis rebus Ecclesiæ suæ non debent, nec possunt subtrahere, vel sibi aliquid ulterius vindicare.

NOTÆ.

1. (a) Tarracon.] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 10. post Concilium autem Lateran. pag. 13. cap. 5. habetur Trecenti; sed retinenda est communis litera, videlicet Tarracon, nam in ea Metropoli erant temporibus Alex. III. Templarii Hospitalarii, Monachi

Benedicti, & Cistercienses: de Tarracon. nonnulla notavi in cap. i. de bis, quæ vi.

(h) Albi Monachi & nigri.] Nigrorum monachorum mentio fit à Flavio Dextro in chron. anno 419. ibi: Canali in Lusitania monachi nigri ab anno 392. In cujus commentariis Vivar. exultimat eos fuisse discipulos S. Marini, qui ut Sulpitius Severus auctor est, plura construxit monaste-

nafteria non solum in Mediolan. Tarracon. verum & in aliis Provinciis, & eos nigro habitu usos fuisse tradit P. Cluniac. lib. 4. epist. 17. Sed verè monachi nigri jam à septimo Ecclesie seculo dicti fuerunt monachi Benedictini, quia atris utebantur vestibus, & ita pro synonymis habebantur nigri monachi, & Benedictini, ut late probant Yepes tom. 1. chron. D. Benedicti, anno 513. cap. 5. Benedictus Haaphthenus lib. 5. disquisit. monast. tract. 3. disp. 3. Cæpit autem hujusmodi nomenclaturæ ratio pro distinctione ipsorum, & Canonicorum Regularium Ordinis D. Augustini, qui albis utebantur vestibus, ut refert Joannes de Vitriaco cap. 13. hist. Occid. ibi: *Cum igitur à prisca temporibus in partibus Occidentis due tantum fuissent Regularium diversitates; monachi scilicet nigri sancti Benedicti regulam professores, & canonici albi secundum regulam B. Augustini viventes; postquam peccatis exigentibus, primo modica negligentibus, paululum cadere cœperunt, tandem ad tantam dissolutionem plures Regularium conventus devenerunt, quod viri timorati, & prudentes, sub alio habitu, & aliis institutis Domino militaturi ab ipsis recesserunt. Sed postquam Cisterciensibus habitum album induerunt anno Christi 1103. ut refert Manrique tom. 1. eodem anno, cap. 1. quoties in jure legimus monachos nigros, & albos, intelligi-*

mus monachos Benedictinos, & Cistercienses: notavit Bolquetus ad Innocentium III. lib. 1. registr. 13. epist. 122. & nos in cap. 10. de tempor. ordin.

(c) *Hadrianus.*] Cap. 3. & 4. hoc tit.

(d) *Hortus.*] Unde Pontifex in cap. nimis grave, de excessibus Prelat. damnat inter alios excessus Episcoporum, illum videlicet, quia à religiosis petebant decimas ex hortis propriis. Et licet hortaria sint acceptio, quas tradunt Pater Serlogus tom. 3. in Cantica, cap. 5. vers. 1. vestig. 31. num. 1. Lorinus & Pineda in cap. 2. Eccles. vers. 5. ad ea verba: *Feci hortos & pomaria*; in presenti tamen accipitur pro loco septo, & munito. Et licet plerumque ad olera producenda colatur, juxta definitionem traditam à Georgio Beyerlinch. in Theatr. vitæ hum. tom. 4. verbo Hortus, ubi ait: *Hortus est locus munitus, & plerumque septus ad olera producenda, fructusque arborum volutatis gratiâ comparatos*, Tamen ex quibuscunque fructibus in horto perceptis, veluti ex frumento, hordeo, vel aliis seminibus, decimæ non debentur, cum absolute religiosis indultum sit, ut ex hortis decimas non præsent. Quare nec genus fructuum, nec quantitas, seu modus terræ attendi debet.

(e) *De novaliibus.*] Hæc verba, & textum expolui in cap. 4. hoc tit.

CAPUT XI.

(a) Idem.

Licet de benignitate Sedis Apostolicæ sit vobis indultum, ut de laboribus vestris, quos propriis manibus, vel sumptibus colitis, nemini decimas solvere teneamini: propter hoc tamen non est vobis licitum cuilibet de terris vestris decimas subtrahere, quas traditis aliis (b) excolendas. Relatum est siquidem auribus nostris, quod cum terras quasdam, quas in decimatione dilecti filii nostri Theaurarii Senonen. habetis, detis rusticis vestris excolendas, exinde decimas sicut debetis, non solvitis, nec faciatis à rusticis ipsis exsolvi. Quoniam igitur quanto arctius vos, & Ordinem vestrum diligimus, tantum minus vos, & Ordinem vestrum volumus efficere quæ sunt honestati contraria, vel obvia rationi, aut ex quibus privilegiorum nostrorum tenorem transgredi videamini, cum privilegium videatur amittere, qui permittit sibi abutitur potestate: f. v. m. quat. de terris illis, quas in decimatione prædicti Theaurarii propriis manibus non excolitis, sed rusticis traditis excolendas, decimas vobis usurpare nullatenus præsumatis, sed eas in propriis eidem Theaurario faciatis cum integritate persolvi: scituri pro certo, quod si præceptum nostrum contempseritis, nos ven. f. nostro Archiepiscopo Senonen. dedimus in madatis, ut rusticos, quibus in decimatione præfati Theaurarii terras dederitis excolendas, ad solvendum decimas eidem Theaurario ap. cess. districtè compellat.

NOTÆ.

(a) *Idem.*] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 11. ex qua literam textus restituo: post Concilium autem Lateran. pag. 13. cap. 6. legitur, *Fratribus Rhemensis Ecclesie*: sed

cum varia sint monasteria, tam Cisterciensis Ordinis, quam Benedictini, & aliorum in diocesi Rhemenfi, non facile deprehendi potest, quibus fratribus rescribat Alexander hic.

(b) *Excolendas.*] Juxta tradita supra in capite. 4.

CAPUT XII.

(a) Idem.

AD audientiam nostram noveritis pervenisse, quod quidam vestrum dilectis filiis nostris fratribus (b) Cistr. Ordinis de laboribus, quos propriis manibus, aut sumptibus excolunt, decimas exigere, & extorquere conantur; illud privilegii capitulum Apostolicæ Sedis pravâ interpretatione, ac malitiosè pervertentes, quo eisdem Fratribus indulgetur, ne de laboribus, aut sumptibus, quos propriis manibus excolunt, aliquis ab eis decimas exigere audeat. Afferunt enim, quod pro laboribus novalia intelligi debent. Unde quoniam Fratres præscripti Ordinis benignitate Ecclesiasticâ fovere volumus, & ne ullus contra eos materiam habeat malignandi, vel ipsos contra justitiam molestandi, quemlibet attentius providere: vestra f. per A. f. præc. m. quat. à prædictis Fratribus de laboribus suis, quos propriis manibus, aut sumptibus excolunt, nullatenus decimas exigatis, nec à parochialibus vestris exigi permittat, vel quolibet modo extorqueti; nam si de novalibus tantum intelligeremus, ubi (c) ponimus, de laboribus; de novalibus poneremus, sicut in privilegii aliorum quorundam ponimus.

NOTE.

1. (a) *Idem.*] Ita legitur in prima collectione, *sub hoc tit. cap. 3.* post Concilium autem Lateran. pag. 13. cap. 8. habetur, *Conventrensi Episcopo, & Officialibus ejus;* & rectè siquidem Conventrensis Ecclesia est in Anglia, ut refert Polydor. Vergil. lib. 1. *hystor. Anglia, in princip. cu-*

jus Præsuli, & ejus Vicariis, qui Officiales in eo Regno dicuntur, rescribit in præsentis Pontifex.

(b) *Cistrensis.*] Legendum est *Cisterciensis*, de quo præclaro Ordine nonnulla adduxi in *cap. cum ordinem 6. de rescript.*

(c) *Ponimus.*] Juxta adducta *suprà in cap. 4.* ubi commentarium hujus textus dedi.

CAPUT XIII.

Idem (a) *Brixienfi Episcopo.*

Quoniam à nobis tua sollicitudo requirit, quid de decimis novalium tuæ diocesis tibi sit statuendum: t. f. significatione præsentium respondemus, ut si terræ illæ, quæ arabiles sunt, intra certam alicujus Ecclesiæ parochiam fuerint, decimas earum, tuâ parte (b) retentâ, eidem Ecclesiæ facias assignari. Alioquin ipsas alii (c) Ecclesiæ secundum discretionem à Deo tibi datam poteris deputare, vel ad opus tuum tenere: ita quidem, quod si quis in id contraire præsumperit, tu eum ecclesiasticâ centurâ usque ad dignam satisfactionem percellas; sententias verò super decimis à (d) Consulibus datas, præsertim eum Sanctorum Patrum institutionibus obviant, irritas esse decernas, & eas omni contr. & ap. postpositâ revoces. Quod si (e) laicus aliquis à Sacerdotibus, vel clericis decimas de laboribus suis in tua diocesi requi siverit, eum ab exactione hujusmodi prorsus cessare compellas, & laicos illos, qui à colonis tertiam, vel quartam partem laborum suorum ante solutionem decimarum recipiunt, decimam de (f) portione sua, secundum quod colonus de parte, quæ illum contingit, exsolvere consueverit, absque diminutione aliqua iis, quibus jure debentur, facias exhibere.

NOTE.

1. (a) *Brixienfi.*] Ita etiam legitur in prima collectione, *sub hoc tit. cap. 25.* & post Concilium Lateran. pag. 50. cap. 40. De Brixienfi diocesi jam egi in *cap. tua 5. de procuratoribus.*

2. (b) *Tuâ parte retentâ.*] Quarta videlicet, juxta textum in *cap. conquirente. de offic. Ordin. cap. de quarta. de præscript.* quam exigere possunt à parochiano, si decimæ jam sint solutæ; à parochianis, si adhuc eas non solverint. Martinis lib. 1.

resol. cap. 81. licet aliquando ratione propriæ parochiæ integras decimas Episcopus percipiat, *cap. 1. hoc tit. in 1. collect.* ubi noster Alexander Mediolan. Archiepiscopus ita scribit: *Querela venerabilis fratris nostri Vercellen. Episcopi ad nos transmissa pervenit, quod quidam clericus in ejus diocesi constituti decimas novalium, quæ ad jamdictum Episcopum pertinet, tenere pro sua voluntate præsumunt: laici verò parochiani ipsius decimas quasdam non sine Creatoris offensâ percipiant, contendunt sibi decimas novalium vindicare.*

in quo tantò offendunt gravius, quanto specialius decima ipse ad Episcopalem dispositionem respiciunt, super quibus constat, nihil laicis fuisse concessum. Quocirca f. a. per A. f. p. m. quat. laicos ad decimas novarum occasione, & excusatione postposita resignandas per excommunicationis sententiam ap. rem compellas; clericos autem moneas, & ecclesiasticam distinctione compellas, ut eas, quas detinent, memorato Episcopo sine mora, & difficultate in pace dimittant, ut sub examine tuo justitie non differant plenitudinem exhibere.

3. (c) *Alii Ecclesia.* Quod procedit quando prædia illa novalia sunt nullius parochiæ, nec sub certa Ecclesia consistunt, alias decime prædiales semper ad parochum, ubi prædia sunt, spectant, juxta ea que dabimus infra in cap. cum sint homines.

4. (d) *Consulibus.* Id est Judicibus secularibus, de quorum jurisdictione in præfenti specie merito hæsitari poterat, cum certum sit, causarum decimalium cognitionem ad Judicem ecclesiasticum spectare, cap. finali, de rerum permutatione, cap. tua nos, §. finali, hoc titulo, cap. postulasi, de homicid. Clement. dispendiosam, de judic. docent Gutierrez lib. 1. practico. quest. 26. pluribus relatis Barbofa de offic. Parochi, cap. 28. §. 4. num. 1. Hunnius in Encyclopedia, titulo de decimis, cap. 7. Cum enim decime spirituales sint, jusque eas percipiendi spirituale judicetur, non ad laicum, sed ad ecclesiasticum Judicem spectat cognitio, cap. 2. cap. quanto, de judicis. Et licet docuerint Gailius lib. 1. observ. cap. 38. P. Suarez dicto tractat. de decimis, cap. 38. num. 16. Borellus in summa decif. tit. 19. num. 18. Hunnius dicto cap. 7. judicium possessionum super decimis coram seculari Judice disceptari debere; contrarium tamen docuerunt Covar. practico. cap. 35. Valascus consult. 93. Azor pag. 1. instit. lib. 5. cap. 4. alii, quos refert, & sequitur Barbofa ubi supra, §. 4. Ansaldo de jurisdic. pag. 2. tit. 4. cap. 4. & 5. Fermosinus in cap. 5. de foro compet. quest. 4. Leon. tom. 1. decif. 3. Quorum sententia verior est; nam possessio rei spiritualis, licet videatur res temporalis, tamen Judex ecclesiasticus de ipsa debet agnoscere; quia cum qualitas spiritualitatis absorbeat qualitatem temporalitatis, judicium spirituale manet. Similiter cum causa decimarum facti est, Judicem laicum adiri posse ad cogendum laicum decimas solvere, existimant Salcedo ad ll. Recopil. in l. 4. tit. 14. lib. 3. Carrasco ad eadem leges, cap. 6. §. 2. Delbene de immunit. Ecclef. 2. tom. cap. 10. num. 34. Tondutus de pre-vent. 2. pag. cap. 25. Escobar de Pontif. jurisdic. cap. 22. num. 90. Castillo de tertis, tom. 7. cap. 12. Germonius lib. 3. de sacro, cap. 19. sed etiam eo casu Judicem ecclesiasticum tantum competentem esse, docuerunt Gutierrez dicta quest. 26. num. 11. Olea de cess. jur. tit. 6. quest. 3. nu. 18. An vero conductor decimarum virtute cessio- nis sibi factæ, vulgò de recudimiento, eodem privilegio ac Ecclesia uti possit, & convenire debitores coram Judice Ecclesiastico, disputat Olea dicta quest. 3. à num. 15. Apud nos tamen cum Ecclesia, vel conductor decimarum exigat novas, & insolitas decimas, laici ita gravati Regium Consilium, aut Cancellarias ad- eunt, ubi expediuntur Regiæ provisiones, & retinetur causa, ex l. 6. tit. 4. lib. 1. recopil. D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.

quam explicant Covar. practico. cap. 35. num. 5. Carrasco dicto cap. 6. §. 2. num. 15. Avendaño de exequend. lib. 1. cap. 1. num. 32. Valenzuela consil. 114. num. 30. & consil. 146. num. 51. Gutierrez lib. 1. practico. quest. 14. Salgado de re-vent. bullar. 1. p. cap. 6. num. 35. Solorzanus de jure Indiarum, tom. 2. lib. 4. cap. 3. num. 26. & lib. 1. cap. 22. num. 22. Salcedo, & Olea ubi proxime: quam praxin in Gallia receptam defendit P. Marcha lib. 4. concord. cap. 10. Circa tertias tamen, quas nostri Reges possident ex privilegiis Sedis Apostolica, & alios possidentes decimas ex concessione Pontificia, non leve dubium est apud Interpretes. Affirmat ad Judicem secularem pertinere tertiarum cognitionem innumeri relati à Carrasco ad ll. Regias, cap. 6. de decim. §. 1. Castillo de tertis, tom. 7. cap. 12. num. 2. Barbofa dicto §. 4. num. 3. Movetur ex eo, quia cum istæ tertie fuerint ex privilegio Pontificis separata ab illis decimis, & sint unitæ Regio patrimonio, censentur prophana, argumento textus in l. 2. §. hoc interdictum, ff. ne quis in loco publico; ac inde, quia sicut laicus ratione feudi competens est, etiam inter clericos, cap. ex transmissa, cap. verum, de foro competenti, cap. ceterum, de judicis, l. final. tit. 2. p. 9. ita ratione prophana- tionis tertiarum Judex laicus competens erit. Contrariam tamen sententiam defendunt Azor lib. 7. Instit. mor. cap. 36. Anastasius Germonius lib. 3. de sacrorum immunit. cap. 19. num. 9. Quæ opinio ex eo fulcitur, nam credendum non est, Pontificem voluisse suo privilegio abdicare eam jurisdictionem à se, nisi expressè in ipsa concessione contineatur, argumento textus in cap. ex parte, de Capel. monach. Deinde quia de decimis etiam infeudatis laicis cognoscit Ecclesia, cap. prohibemus, cum simili- bus, de decimis: ergo de tertis Judex ecclesiasticus debet cognoscere. In hac opinionum varietate, omisiss traditis à Barbofa in l. Titus, num. 44. ff. soluto matrim. dicendum est, inspiciendam esse formulam concessionis decimarum, seu tertiarum; si enim Regibus, vel aliis laicis concedantur decimæ, vel aliqua pars earum cum facultate transferendi in successores, prout fuerunt concessæ tertie hujus Regni, censentur omnino separata à redditibus, & aliis decimis ecclesiasticis, & effectæ res merè prophana, & proprium laicale patrimonium, ex iis, quæ adducit Sarmiento de redditibus in defension. mont. 54. & 64. & ideò tunc de eisdem, tanquam de rebus laicalibus seculares Judices cognoscere possunt, Castillo & Carrasco ubi proxime, Escobar supra, cap. 22. num. 90. Unde cum ex concessione Alexandri VI. Gregorii X. & Clementis VII. tertie decimarum in Regnis Castellæ, nec non & jus percipiendi decimas in novo orbe Indiarum Occidentalium Regi spectent cum libera dispositione, ut probant Solorzanus lib. 4. polsi. Indian. cap. 1. Azor tom. 1. Instit. lib. 7. cap. 36. vers. 3. Borellus de præstantia Regis Catholici, capite 59. num. 7. D. Joannes del Castillo tom. 7. controvers. cap. 12. Callixtus Ramirez de lege Regiæ, §. 31. numero 3. Herrera decad. 1. lib. 8. cap. 10. & libro 6. cap. 19. Salgado de protectione Regiæ 3. p. cap. 10. num. 268. Escobar de puris. sangui-
fff
nis

nia, *quest. 6. §. 4. num. 43.* alii relati à Pa-
 rexa de *edu. instrum. tom. 1. resolut. 3. §. 5. nu-
 mer. 53.* & ita pleno jure, & tanquam ex re-
 galibus incorporate sunt Regiæ Coronæ, ar-
 gumento capituli generalis, juncta Glossâ verbo
*Regalia, de elect. lib. 6. docent Belluga in spe-
 cul. Princip. §. tractemus, num. 38. Sesse decis. 162.
 num. 23. Cabedo decis. 63. Lusit. tom. 2. num. 3.*
 Pereyra de *manu Regia, 1. p. concord. concord. 64.
 in not. Castillo ubi supra, cap. 3. num. 30.* plu-
 ribus relatis Solorzanus *dicto cap. 1. num. 30.*
 facit lex 2. §. 25. tit. 2. lib. 9. *recopil.* ideo exue-
 runt naturam spiritualium bonorum, & man-
 ferunt prophana, ac temporales. Sotus de
*justitia lib. 10. quest. 4. artic. 3. Pater Molina de
 justitia, disput. 663. num. 10. Sesse dicta de-
 cis. 162. tom. 2. num. 19. Gratianus discept. 238.
 num. 19. Cevallos de cognit. per viam, viol.
 quest. 25. num. 21. Salgade de retent. bul. p. 1.
 cap. 1. ex num. 441. unde sequitur, causas su-
 per ipsis tertiis, seu decimis emergentes, dis-
 ceptandas esse coram giudice seculari, *dicta l. 2.
 §. 15. lib. 1. tit. 21. lib. 9. recopil. Castillo in l. 6.
 & 13. Tauri, Bobadilla lib. 2. polit. cap. 18.
 num. 213. Giurba consil. 80. num. 31. Felicianus
 Vega in cap. qualiter, num. 9. de judic. sive
 questio sit facti, sive juris, Covar. practice.**

*cap. 35. num. 2. Cevallos dicta quest. 25. num. 23.
 Barbosa in l. Tulla, num. 42. ff. solut. matrim.
 Gutierrez lib. 1. quest. 14. num. 4. Gratianus su-
 pra, num. 58. Sesse 23. Barbosa tom. 6.
 collect. cap. à nobis hoc tit. num. 4. Fragofo
 de regim. tom. 1. disput. 4. membro 7. num. 361.
 etiamli lis disceptetur inter personas ecclesia-
 sticas. Suarez in *defensione fidei, lib. 4. cap. 14.
 Olibanus de jure fisci, cap. 11. & 14. num. 70.
 Aneas Robertus lib. 2. rerum judic. cap. 1. Hiero-
 nymus de Leon decis. 3. num. 30.* Etiamli ter-
 tia penes communitatem resideant, vel per-
 sonam ecclesiasticam, quia non inde amife-
 runt regaliorum naturam: & quoties agitur
 de re donata in Turpeam, cognitio spectat ad
 Judices seculares, *l. 57. tit. 6. partit. 1. l. 6. ti-
 tul. 1. lib. 4. recopil. l. 10. tit. 7. lib. 9. probant
 Pereyra de manu Regia cap. 37. num. 4. Barbosa
 in remiss. lib. 2. tit. 1. §. 15. Antonius Faber in
 suo Codice, titul. de privil. fisci, diffinit. 2. Solor-
 zanus de jure Indiarum lib. 3. cap. 1. num. 53. &
 cap. 2. num. 24.**

(c) *Laicus.*] Propter incapacitatem non habet
 jus decimarum, ut dicemus infra in *cap. probi-*

(f) *Portione sua.*] Quæ non fuerat decimata,
 aliàs reddecimatio non admitteretur.

CAPUT XIV.

Idem (a) Rhemensis Episcopo.

PARochianos verò tuos ad solvendas decimas (b) Ecclesiis, quibus eas debent, ec-
 clesiasticâ debes severitate compellere, quia cum decimæ non ab homine, sed ab iplo
 (c) Domino sint institutæ, quasi debitum exigi (d) possunt.

NOTÆ.

1. (a) *Rhemensi.*] In prima collectione, *sub hoc
 tit. cap. 14.* additur, *pars cap. de Diacono:*
 unde cognoscitur in presenti referri partem textus
 in *cap. de Diacono 1. qui clerici vel vovent.* integra
 autem textus litera extat post Concilium Lateran.
pag. 18. cap. 12. & pag. 26. cap. 1. in presenti au-
 tem rescribit Alexander III. Henrico Magno filio
 Philippi Regis Galliar, & Ludovici VII. fratri,
 Rhemensis Archiepiscopo, cui etiam scribit in *cap.
 2. §. 6. & 7. de appellat. cap. 7. de heretic.* ut refe-
 runt Chenu in *serie Presul. Rhem. num. 51. Mantiq;
 tom. 3. anal. Cisterc. anno 1176. cap. 4. num. 5.*

(b) *Ecclesiis.*] Juxta distinctionem personali-
 um, & prædialium, quam illustrabimus infra in *cap.
 cum sint homines.*

(c) *Ipsò Domino.*] An ideo debeantur decimæ
 à jure divino, exponemus infra in *cap. in aliquibus,
 §. illi.*

2. (d) *Exigi possunt.*] Quam tamen actionem pro-
 ponere debeat Parochus, DD. non constat.
 Conditione ex canone ipsum agere debere, asserit
 C. nitius ad hunc textum, *cap. ultimo;* quia cum
 nulla actio specialis jure canonico detur, re-
 currendum est ad conditionem ex canone, ad
 exemplum conditionis ex lege, *l. unic. ff. de cond.
 ex leg.* Sed cum in presenti aliteratur, decimas ut
 debitum exigi posse, certum est, competere actio-

nem personalem, & necessariam non esse condi-
 ctionem ex lege; imò sufficere factum in judicio
 proponere, *ex cap. dilecti de judic.* Illud etiam ve-
 rum est, & sæpe repetitum, decimas esse onera
 realia ipsorum prædiorum, & ideo in quemcunque
 possessorem transire, *cap. dilecti, cap. de servis, cap.
 pastoralis, cap. nuper, hoc tit.* ideoque possessorem
 fundi teneri ad decimas præteritas non solutas à
 suo prædecessore, docuerunt Garcia de *expensis
 cap. 11. num. 54.* plures relati à Barbosa *dicto §. 2.
 num. 11.* quorum sententia suadetur ex *l. Impera-
 tores. ff. de publican. l. 5. §. finali, ff. de censibus,
 l. penult. & ultima, Cod. sine censu, vel reliquis ubi
 docetur, tributum ex prædio debitum, ut onus
 reale transire in novum possessorem. Etiam
 notandum est, in causis decimarum non servari
 juris ordinem, sed procedi de plano, & sine stre-
 pitu judiciorum, *Clement. 2. de judic.* intentanti
 potest simul judicium petitorium cum possessorio,
cap. 2. & 3. de causa possess. & licet in quolibet ju-
 dicio spoliatus ante omnia sit restituendus, *cap. 1.
 de ordin. cognit. cap. literas, cap. ex conquestu, de
 restit. spol.* tamen spoliatus per parochum è per-
 ceptione decimarum, quas intra ipsius parochiam
 possidebat, non aliter restituitur, quam si
 ostendat privilegium vel alium titulum, cujus vir-
 tute possidebat decimas ipsas: textus disertus in
 cap.*

cap. ad decimas, de restit. spol. lib. 6. ibi: Nisi evidenter docuerit. Restitit enim illi ius commune, & favet spoliatori; siquidem præsumit, post divisionem parochiarum ad ipsos parochos tantum pertinere. Covarruvias dicto capite 17. num. 6. Barbosa dicto cap. 28. de offic. Parochi, §. 2. num. 43. quæ doctrina procedit in laico possidente decimas virtute privilegii, & à parochio spoliato: sed si ipse spoliatus sit ab alio laico, & intendat interdictum unde vi, ante omnia est restituendus, juxta juris communis regulas, ut docet Menchaca *resist. reg. cap. 89. num. 5.* Etiam proceditur in his causis appellatione remota, cap. tua, 26. hoc titulo. Salgado de regia protectione, 3. p. cap. 2. num. 63. Quæ sententia probatur ex eo, nam in tributis Imperatori solvendis non admittitur appellatio, l. abstinentium, l. finali, Cod. quorum appellat. sed decimæ sunt tributa debita Principi caelesti, cap. decime 66. 16. quest. 1. cap. tua, hoc titulo: igitur finaliter in eis appellationi locus non est. Accedit, nam decimæ assignantur parochis pro alimentis, cap. decimas,

vers. sed rardius, 16. quest. 1. sed in causis alimentorum appellatio non admittitur, ut latè probat Salgado dict. 3. pag. cap. 1. Igitur nec in causis decimarum appellatio quoad effectum suspensivum admitti valet. Quæ doctrina procedit in casu textus in dicto cap. tua nos, videlicet cum reus, à quo decimæ petuntur, opponit consuetudinem, vel præscriptionem, & condemnatus est; secus verò si agatur cum persona ecclesiastica, quæ intendit jus habere ad decimas; vel si quæstio sit inter duas Ecclesias æqualiter decimas vindicantes; vel si collector decimarum modum excedat; quia ab excessu potest appellari. Exceptis tamen his casibus proceditur appellatione remota, & Judex ecclesiasticus potest incipere à præcepto de solvendo, ut pluribus relatis probat Salgado ubi supra, num. 73. Nec in eo iudicio ulla admittitur compensatio alterius debiti, ne eo prætextu decimarum solutio differatur, ut post Monetam, Rebuffum, & alios resolvit Hunnius in *Encyclop. dicto tit. de decimis, cap. 9. in fine.*

CAPUT XV.

Idem (a) Ambianensi Episcopo.

AD hæc donationem decimæ, quam Abbas sancti S. de (b) Monstrali cuidam loco concessit per successionem tenendam [quoniam sanctuarium de jure (c) hæreditario possideri non debet] viribus carere decernas, & laicum [nisi decimam ipsam ipsi Ecclesiæ liberè resignaverit] vinculo excommunicationis adstringas.

NOTÆ.

1. (a) **A**mbian.] Ita etiam legitur post Concilium Lateran. p. 50. cap. 28. & in prima collectione, sub hoc tit. cap. 27. ubi additur, pars cap. quoad Sedem, ut cognoscatur in præsentem referri secundam partem textus in cap. 2. infra, de frigid. & malef. De Ambian. Ecclesiæ nonnulla adduxi in cap. 37. de rescript.

(b) *De Monstrali.*] Monasterium hoc sancti Salucii Monstrolensis est prope urbem Monstrolium in Gallia, Ordinis D. Benedicti, ut referunt Mireus in *sua Gallia*, Chopinus de *sacra polit. lib. 1. tit. 4. num. 17.*

(c) *Hæreditario.*] Ut latè probavi in cap. 1. de præb. Commentarium hujus textus dabimus infra in cap. prohibemus.

CAPUT XVI.

Idem (a) Marsilien. Episcopo.

DE terris, quæ Judæi colunt, tuæ prudentiæ respondemus, ut eos ad decimas persolvendas vel possessiones penitus renunciandas, cum omni distinctione compellas, ne fortè occasione illâ Ecclesiæ valeant suo jure fraudari.

NOTÆ.

1. (a) **M**arsilien.] Ita legitur in prima collectione, sub hoc titulo, cap. 28. ubi additur, pars capituli *Quia super his*: unde deducitur, in præsentem referri secundam partem textus in cap. quia super his, de Judæis. De Marsilien. Ecclesiæ nonnulla notavi in cap. 6. de his quæ vi.

COMMENTARIUM.

Circa obligationem solvendi decimas à Judæis, & vel infidelibus contraria videntur juris testimonia, variæque reperuntur DD. sententiæ; sed pro vera resolutione, & hujus textus expositione discrimen est constituendum inter decimas personales, & prædiales, personales enim non solvunt, qui baptizati non sunt, cap. ex transmissa, hoc titulo, docent Suarez dicto tract. de decim. cap. 16. m. 4. Fagundez in 5. præcept. Eccles. lib. 2. c. 1. n. 4. Ricciulus

Fff 2 de

de jure person. lib. 2. cap. 9. per totum. Si enim decima illa præstantur ratione sacramentorum, & infideles nulla accipiunt Sacramenta, inde eas decimasolvere non tenentur. Accedit, nam obligatio solvendi decimas personales provenit à jure ecclesiastico, ut dicemus infra in cap. in aliquibus, §. final. sed infideles præceptis Ecclesiæ non ligantur, juxta illud Apostoli 1. ad Corinthios cap. 5. *De his qui foris sunt, quid ad nos.* Et cap. gaudemus, de divorciis: ergo non tenentur solvere decimas personales. Nec obstat, si dicas, Judæos teneri præceptis juris divini; siquidem sub dominio, & potestate Dei sunt, ac proinde præceptis legis veteris de decimis solvendis eos obstringi. Nam respondetur, præceptum decimarum in lege veteri non fuisse positum à Deo universis, sed solum habitantibus terram Canaanorum, propter populum Israëliticum, & Levitas; ac proinde eo præcepto non ligantur infideles, nec præcepto ecclesiastico, qui adhuc per baptismum januam Ecclesiæ non sunt ingressi. Unde infertur hereticos omnino teneri ad decimarum præstationem; quia per baptismum ad Ecclesiam spectant, & ita apostasià ab hac obligatione eximi non valent, quia ex fide, quam in baptismo promiserunt, legibus Ecclesiæ obligati fuerunt. Circa prædiales decimas certum est, Judæos ceterosque infideles cogi eas præstare, cap. quando, §. final. de usur. cap. nimis, de excess. Prælat. Capitul. Caroli Calvi anni 877. cap. 31. quod exponit Boiquetus ad Innocentium lib. 1. epist. 50. docent Azor, Vazquez, & Mone-ta relati à Barbola dicto cap. 28. Decime enim prædiales, sunt onera ipsius prædii, & ab ipso prædio debentur; & ita prædia illa, quæ decimas pendebant antea, transeunt cum suo onere, argumento textus in l. Imperatores, ff. de public. Unde infideles decimas solvere non tenentur, simpliciter loquendo; sed quatenus respiciunt onera realia prædiorum; & hac ratione Judæi, ceterique infideles obligantur ad solutionem decimarum; quoniam prædia ipsa habent inhærentem obligationem decimarum, & tanquam onus reale ipsius rei, necesse est ut ad omnes transeant, etiam infideles, ad satisfaciendum Ecclesiæ interesse, ut in præsentis textu docetur, præcipue in illis verbis: *Ne forte illa occasione Ecclesia valeant suo jure fraudari.* Quæ verba supponunt jus Ecclesiæ ad decimas persolvendas in tali fundo tuisse acquisitum. Unde deducitur, doctrinam hanc procedere respectu prædiorum, quæ possident infideles in terris Christianorum, aut quæ eorum aliquando fuerunt; nam ex prædiis in propriis infidelium provinciis possessis decimæ non debentur ex eo, quod esset in eis ratio juris quæsitæ Ecclesiæ ad decimas ex illis prædiis percipiendas: juxta quam distinctionem exponendus est textus in cap. finali, hoc tit. in 2. collect. ubi Clemens II. ita decrevit: [Ad audientiam nostram, te significante pervenit, quod cum

Judæi cupiditate maxima, & damnabili parochiam Sancti Lauri pro parte magna occupaverint, adhuc residuum de die in dies occupant intendunt. Quia verò præscripta Sancti Lauri Ecclesia propter hoc magnam suorum bonorum jacturam incurrit, dis. v. p. A. l. p. m. quatenus nisi Judæi, qui in civitate Rothomagensium morantur, ad monitionem vestram, & decimas, & omnes proventus alios, quos de parochianis fidelibus, si ibi habitarent, contingerentur; prædictæ Sancti Lauri Ecclesiæ, & aliis, quarum parochias detinent occupatas, annis singulis sufficienter, ac congruè recompensare curaverint, omnes Christi caractere insignitos, five virilis, five femineæ sexus extiterint, qui Judæis obsequium exhibere, aut mutuo aliquid ab eis accipere, aut restituere jam acceptum, venditionis, aut locationis cum eis contrahere, seu quemlibet alium contractum inire, vel eis Ave dicere, seu habere colloquium, nisi de sua correctione, vel inextertâ conversione allicere, ullâ præsumptione tentaverint, omni gratiâ, & timore postpositis, contradictione & appellatione cessante, anathematis vinculo adstringatis, cui etiam volumus sententiæ subjacere quemcumque, qui illis ad vestri elationem mandati consilium suum, five auxilium impenderit, aut favorem.] Et etiam accipiendus est Innocentius III. lib. 2. epist. in editione Colonie, ubi lib. 2. fol. 312. Episcopo Abulensi ita scribit: [Ex parte dilectorum filiorum Capituli Abulensis fuit in audientia nostra querimonia recitata, quod cum homines tuæ diocesis in castris, & in ipsa civitate morantes, de tribus partibus frugum totius agriculture suæ, molendinorum etiam, & hortorum; & rusticolæ de quarta parte parochialibus Ecclesiis, à quibus Ecclesiastica percipiunt Sacramenta, decimas solvere teneantur: licet ministri Ecclesiarum ipsarum ferè nullos habeant redditus præter decimas, unde valeant sustentari, domini prædictorum horronum, & molendinorum ipsa tradunt Sarracenis, in grave detrimentum Ecclesiarum, & præjudicium excolenda: qui nolunt Ecclesiis, sicut olim Christiani solebant, freri potentiam, & favore illorum, à quibus illis excolenda traduntur, decimas exhibere. Volentes igitur ipsis Ecclesiis, & earum ministris super hoc, prout convenit, providere, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus nisi Sarraceni illi ad communionem tuam cum ea integritate, quæ Christiani solebant, prædictas decimas Ecclesiis voluerint exhibere, eis facias communionem à Christianis super mercimoniis rerum venalium, & aliis penitus denegari: Christianos illos, qui talibus contra formam mandati Apostolici communicare præsumpserint, à sua præsumptione per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescens. Datum Later. xii. Kal. Junii.]

CAPUT XVII.

(a) Idem.

Quamvis grave sit nimis, & divini dignum animadversione iudicii habeatur, quod laici quidam, quod sacerdotum est, in ecclesiasticis rebus usurpant: majorem tamen incurunt formidinem, & dolorem, quod fomitem sui erroris dicuntur in ipso Clero aliquoties invenire, dum quidam Coepiscoporum nostrorum, aliorumque Prælatorum, Ecclesiarum decimas, & Ecclesias ipsas disponere eis indulgent, & eos de via mortis impellunt, qui prædicatione eorum ad vitæ viam fuerant revocandi. De quibus dicit Dominus per (b) Prophetam: Populi mei peccata comedunt, ad iniquitatem provocant. Unde statui- mus, ut si quis alicui laico in seculo remanenti Ecclesiam, decimam, oblationemve conce- sserit, à statu suo, sicut (c) arbor, quæ inutiliter terram occupat, succidatur, & donec emendet, dolore ruinæ suæ jaceat prostratus.

NOTÆ.

1. (a) [Dem.] Ita etiam legitur in cap. 2. hoc tit. in 2. collect. & post Concilium Lateran. pag. 26. cap. 8. ubi refertur præfens constitutio, quæ edita fuit in Concilio Turon. can. 3. ex quo hæc verba refert. Ant. Augustinus in epit. juris

Pont. lib. 10. tit. 9. cap. 1. & ita hæc constitutio pro- pria est Concilii Turon. licet ab Alexandro III. in dist. cap. 8. reperiat transcripta.

(b) [Prophetam.] Oseam videlicet, cap. 4.

(c) [Arbor quæ.] Verba sunt SS. Lucæ cap. 13. & Matthæi cap. 3. Commentarium hujus textus dabimus infra in cap. prohibemus.

CAPUT XVIII.

Idem Massiliensi (a) Episcopo.

Cum sint homines in parochia unius Ecclesiarum, sicut asseris, qui terras in alia parochia alterius excolunt; tua discretio nos consuluit, cui Ecclesiarum de terris illis decimas solvere debeant, an ei, in ejus parochia sunt constituti; an illi, in qua divina audiunt, & ecclesiastica alia percipiunt sacramenta. Sanè cum hujusmodi quæstio temporibus præde- cessorum nostrorum sæpius mota fuerit, nec ab aliquo terminata, aliis inquit territorii, aliis personarum obtentu asserentibus debere persolvi; non est nobis facile super hoc cer- tum dare responsum, cum auctoritates Sanctorum Patrum etiam sint diversæ, & ideo in hujusmodi dubitatione ad consuetudinem duximus recurrendum, & attendendum etiam, si illæ Ecclesiarum in uno sint, vel in diversis Episcopatibus constitutæ. Quia difficile nimis videtur, ut una Ecclesia in Episcopatu alterius recipiat decimas, cum ex hoc Epi- scopatum fines confundi non immeritò videantur.

NOTÆ.

1. (a) [Massiliensi.] Ita legitur in secunda colle- ctione, sub hoc tit. cap. 3. in sexta autem non exprimitur Prælatus, cui rescribat Alexander. De Massiliensi diocesi nonnulla notavi in cap. 6. de his quæ vi.

COMMENTARIUM.

2. IN præfenti textu agitur de parochiis, quibus de- cimæ præstandæ sunt, in qua parte ut Alexander III. hic fatetur, diversa, licet non contraria, sunt ju- ris testimonia; nam Ecclesiis baptismalibus deci- mas præstari debere, probatur in cap. quicumque 44. cap. de decimis 45. cap. statuiimus 5. 16. q. 1. c. cum contingat 29. hoc tit. cap. final. de parochiis cap. 1. in fine. de verb. signif. Et ratio idem suadet; nam cum

decimæ sint stipendia sacerdotum sacramenta admi- nistrantium, cap. tua hoc tit. & hunc laborem paro- chi soli sustineant, illis solis decimæ debentur; unde vulgò docetur, parochum habere fundatam su- am intentionem respectu omnium decimarum intra suæ parochiæ limites existentium, dicto cap. cum contingat. Valenzuelo consil. 37. per totum. Barbosa dicto cap. 28. §. 2. qui rectè docet, ipsum semper manutenendum esse. Econtrario autem decima- rum distributionem ad Episcopum pertinere, pro- batur in cap. 1. 16. q. 7. cap. in sacris 56. 16. q. 1. cap. Episcopus 23. cum sequent. 12. q. 1. & ipsum fun- datam habere suam intentionem erga decimas, probat textus in cap. dudum 31. ibi: Intentione tua de jure communi fundata, hoc tit. & ipsi Episco- pis certam partem earum debeti, docetur in cap. quoniam 13. ibi: Tuâ parte venent, hoc tit. & eam portionem quartam esse, probatur in

Fff 3 cap.

cap. conquirente 16. de offic. ordin. cap. de quarta, de prescrip. aliis etiam clericis, veluti Canonici Ecclesiarum jus percipiendi decimas competere, probatur in cap. ex parte 21. cap. ad hoc, hoc tit. cap. 3. 16. q. 7. quia decimæ pro omnibus ministris Ecclesiarum instituta sunt, cap. non est 22. hoc tit. ad exemplum legis veteris, juxta quam Levitis omnibus decimæ solvebantur, cap. final. Levitici. In hac juri-varietyate dicendum est, decimas ex sua institutione ad Episcopum pertinere, ut eas inter clericos sicut ad ecclesias distribuatur; nunc vero certis unicuique clericorum partibus assignatis, Episcopus habet jure communi quartam partium, & parochi, clericique in Ecclesia ministrantes, & Canonici Cathedralium Ecclesiarum eam partem, quæ suis beneficiis ex consuetudine adjudicata est: quod si non appareat, quæ pars ex consuetudine Parocho debeat, quarta præstanda est, juxta antiquam divisionem, de qua in cap. quatuor, cap. de redditibus 12. q. 2. postquam divisionem Episcopus, & Parochus fundatam habent suam intentionem ad propriam portionem. Suarez dicto tract. de decimis, lib. 1. cap. 28. & 29. Rebuffus eodem tract. q. 7. Nomine autem Parochi accipimus eum, qui præest Ecclesie Parochiali nomine proprio. Josephus Ludovicius de-
cis. 72. num. 9. Circa parochias verò, quarum parochis decimæ debentur, discrimen est constituendum inter personales, & prædiales: personales enim debentur Ecclesie parochiali, in qua quis domicilium habet, cap. ad Apostolica, hoc tit. cap. questi 46. cap. statutus 55. cum sequent. 16. q. 1. Fagundes in 5. præcept. Eccles. lib. 1. cap. 1. num. 1. Mone-
ta de decimis cap. 7. num. 21. Ratio est, quia decimæ illæ debentur propter laborem impensum in administratione Sacramentorum, & ita parocho ea administranti debentur: & licet aliquis causâ negotiationis, studiorum, aut voluptatis moram faciat extra patriam, decimas tamen in parochia propria solvit, dicto cap. Apostolica, cap. 3. de sepultur. in 6. quia domicilium non mutat, ex traditis à Barbo-
sa in l. hæres, §. final. ff. de judiciis. à num. 94. Si vero quis duo domicilia habeat, attendi debet quod principalius est: si utrumque æquè principale sit (quod evenire potest, l. dissumptio, §. 1. l. Libertus, l. ejus qui, §. Celsus, ff. ad municip.) dividi debent decimæ pro rata habitationis. Suarez dicto lib. 1. cap. 21. num. 1. Decimæ verò prædiales debentur parochiæ illi, ubi prædia sunt, cap. cum contingat, hoc tit. cap. ad decimas, de rescrip. spoliat. lib. 6. cap. 24. hoc tit. in 1. collect. cap. final. hoc tit. in 5. compil. nec absurdum videri debet, ut decimas percipiat parochus, qui sacramenta non ministrat, licet id adeò durum visum sit Alexandro in præfenti, ut casum hunc diffinire non ausus, consuetudini standum esse decreverit; nam responderetur, ad tollendam omnem ambiguitatem, & parochialium limitum confusio-
nem, prudens consilium fuisse certis eis terminos

désignare, & in eorum prædiorum decimis alimenta parochis tribuere; quia frequentius est, quemque habitare, ubi prædia possidet; leges autem ad frequentiores casus adaptantur, l. nam ad eas, ff. de legibus. Item æquale est in hoc jus omnium Ecclesiarum, quia quemadmodum parochianus iste ex sua parochia in aliam migrat, idem in hac acciderè potest, ut docent Rebuffus de decimis, q. 6. num. 20. & q. 7. num. 10. Navarrus consil. 1. de decimis, num. 7. Suarex dicto cap. 21. à num. 4. Circa decimas autem mixtas, veluti quæ ex gregibus percipiuntur, quia prædialibus magis accedunt, cum ex fructibus prædiorum alantur, debentur parochiæ illi, ubi pascunt: quod intelligendum est de animalibus mansuetis, five extra domum alantur, ut oves, & armenta; five intra domum, ut gallinæ, columbæ, & similes. Caterum si fera animalia sint, distinguendum est, an in nullis sint, an in alicujus dominio consistant. Priori casu decimæ ex eis perceptæ sunt personales, quia emolumentum reitotum ex hominis industria per-
venit; veluti si quis piscatur, aut venatur in mari, flumine, vel nemore publico, in quibus nemo dominium habet, vel jus prohibendi piscationem, aut venationem: secundo vero casu cum animalia, quæ capiuntur, in aliquorum dominio sunt, decimæ eorum prædiales erunt, quia in fructu prædiorum sunt hæc animalia, l. item si 9. §. aucupiorum, ff. de usufructu: & ita horum animalium æstimatio non tota sumitur ex industria capientium, sed ex seip-
sibus. Inde provenit, decimas animalium, quæ in nemoribus, aut stagnis includuntur, esse prædiales, & deberi parochiæ, in qua stagna, aut nemora sunt, argumento legis 3. §. item feras, ff. de acquirit. possess. l. usufructuarium 62. §. 1. ff. de usufructu. Idemque dicendum est de decimis columbarum, quæ columbariis includuntur, si earum pulli à dominio vendantur, argumento textus in §. pavonum, Instit. de rerum divis. nam si per venationem capiuntur, erunt decimæ personales; quia tunc quasi nullius existimantur, ut capi possunt. Idem dicendum est de cera, & melle; quia apes ali-
veis in cluse dominos habent, §. apum, Instit. de rerum divis. Idem de lapidibus, ac metallorum fodinis, ac lignis dicendum est, videlicet ut si ex agris nullius percipiuntur, decimæ personales sunt; si vero ex prædiis propriis, prædiales judicentur, argu-
mento textus in dicta l. item si, §. etsi cum sequent. docet Rebuffus ubi supra, questi. 8. ex num. 10. Suarez dicto lib. 1. cap. 34. à num. 6. Nec hucusque traditis obstat textus in cap. nuntios, hoc tit. cuius interpretationem, & alia, quæ huc spectant, adduxi in cap. plerique de pacis: omnia tamen supra tradita vera sunt jure communi attento; ex consuetudine tamen, aut præscriptione contrarium plerumque observatur, ut infra latè dicemus
in cap. Apostolica.

CAPUT XIX.

Ex Concilio (a) Lateran.

Prohibemus insuper, ne laici decimas cum animarum suarum periculo detinentes, in alios laicos possint aliquo modo transferre. Si quis verò receperit, & Ecclesiæ non reddiderit, Christianâ sepulturâ priveretur.

NOTÆ

(a) **L**ateran.] Ita legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 23. & reperitur textus hic in ipso Concilio Lateran. celebrato sub Alexandro III. cap. 16. §. prohibemus, de quo Concilio nonnulla notavi in cap. 27. de rescript.

COMMENTARIUM.

EX hoc canone sequens communiter deducitur assertio: Laici decimas Ecclesiasticas retinere non possunt, nec injuste obtentas in alios transferre. Probant eam textus in capite decimas 16. quæst. 7. cap. final. 10. quæst. 3. cap. pervenit 1. quæst. 3. cap. ad hæc, cap. quamvis, hoc tit. cap. 2. §. sanè, hoc tit. lib. 6. cap. si quis presbyterorum, de rebus Eccl. cap. exhibita, de rer. permut. cap. cum & plantare, de privil. extravaag. Ambitiose, de rebus Eccl. l. 22. tit. 8. p. 1. Varios canones adversus hanc juris decimarum usurpationem per laicos collegit Roverius ad hist. Sancti Joannis Recomaensis, num. 172. Illustrant ultra congestos in præsentia à Barbosa de offic. Parochi cap. 28. §. 2. Germanius lib. 3. de sacror. immunit. c. 19. Suarez de decimis cap. 17. Borellus in summa decis. tit. 19. num. 114. Duarenus lib. 7. de sacris Eccl. cap. 1. Marecotus lib. 1. varior. cap. 19. Durantius qq. juris quæst. 32. Lemaitre de decimis, cap. 8. num. 9 & 10. Bosquetus ad Innocent. III. lib. 1. epist. 21. & lib. 2. epist. 29. Balboa in lap. ad aures, de prescript. Petrus Gregorius lib. 7. syntag. cap. 15. & lib. 1. partit. tit. 25. cap. 1. Carrasco ad ll. recopil. cap. 10. Castillo lib. 7. de tertius, capite 11. Fachin. lib. 7. contrav. cap. 77. Sesse decis. 162. tom. 1. Parexa de instrum. edit. tit. 7. resol. 9. Solorzano de jure Indiar. tom. 2. libro 3. cap. 1. num. 30. Murga tom. 2. disquisit. 1. per tot. Theophilus tom. 12. tract. mala è bonis Eccl. cap. 9. num. 16.

Sed pro ratione dubitandi, omiffis quæ adduxi in cap. ad aures, de prescript. in præsentem assertionem ita infurgo: Aut in casu in hoc canone proposito laici detinebant decimas injustè, vel justè ex infeudatione ante Concil. Lateran. facta, de qua infra agemus. Si injustè detinebant, non solum prohibendum erat illis, ne in alios transferrent, verum & ne cum animarum periculo eas retinerent, & per consequens non rectè hic docetur, decimas detinentes laicos non cogi eas restituere, sed tantum prohiberi in alios transferre: si autem justè jure feudi eas retinebant, rectè poterant laici eas in monachos, aut in aliam Ecclesiam cum assensu Episcopi transferre, ut docetur in cap. ad Apostolicam, de his quæ sunt à Pralat. Ergo non rectè in præsentem statuitur, non posse laicos decimas in alios transferre, cum perinde illis permittatur eas detinere.

Quâ difficultate non obstante vera est præsens assertio, videlicet laicos non posse acquirere, seu retinere jus exigendi decimas; quia illud competit tantum sacerdotibus, qui ministrant spiritualia: & cum laici illa ministrare non possint, sunt incapaces juris decimarum, cap. causam, de prescript. cap. quamvis, hoc tit. l. 56. tit. 6. part. 1. D Thomas 2. 2. quæst. 83. art. 3. docent Sotus de justitia lib. 9. quæst. 7. artic. 1. Covar. lib. ... var. cap. 17. num. 4. Rodriguez qq. regul. quæst. 44. artic. 4. Vazquez in opusc. tit. de benef. cap. 1. §. unic. dub. 7. Didacus Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordin. Rod. Suarez alleg. 28. Gutierrez lib. 1. pract. cap. 15. Facit exemplum legis veteris, juxta quàm tantum permittebatur comedere panes propositionis Aaroni, & filiis ejus, cap. 27. Levit. ergo similiter in lege gratiæ jus percipiendi decimas tantum sacerdotibus debetur; sicut etiam oblationes illi tantum percipiunt, nec ullo modo laici eas percipere valent. Concilium Gangrense can. 8. & in Concilio Brachar. 2. can. 6. prohibentur laici construere Ecclesias, ut oblationes in eis factas, vel earum partem accipiant, ibid: Placuit ut si quis basilicam non per devotionem fidei, sed pro questus cupiditate adificet, ut quidquid ibidem pro oblatione populi colligitur, medium cum clericis dividat, eo quod basilicam in terra sua ipse condidit; quod in aliquibus locis usque modo dicitur fieri. Hoc ergo de cætero observari debet, ut nullus Episcoporum tam abominabili voto consentiat, ut basilicam, quæ non pro Sanctorum patrocinio, sed magis tributaria conditione est condita, audeat consecrare. Nec solum laici decimas percipere nequeunt, verum nec pro earum redemptione pretium exigere, ut cavetur in Capitulari 30. Ludovici Pij, his verbis: De decimis, quas populus dare non vult, nisi quolibet modo ab eo redimantur ab Episcopis, prohibendum est ne fiat: & si quis contemptor fuerit inventus, & nec Episcopum, nec Comitum audire velit, si noster homo fuerit, ad præsentiam nostram venire compellatur. Et cum idem Princeps cognovisset, nonnullos datâ Comitibus, in solutione decimarum cessare, ita decrevit lib. 2. cap. 28. Dicitur est nobis, quod in quibusdam locis Episcopi & Comites ab incestuosis, & ab his, qui decimas non dant, vradios accipiunt, & à Presbyteris pro quibusdam negligentibus, & inter se pecunias dividunt, quod penitus abolendum decrevimus.

Ex privilegio tamen Romani Pontificis laicis competere potest jus, seu commoditas percipiendi decimas, cap. 2. hoc tit. in 6. quia Summus Pontifex ex justis causis potest eas, vel earum partem laicis concedere, ob ipsorum benemerita, & servitia in Ecclesiam impensa, cap. à nobis 24. hoc. tit. ubi plures congestit Barbosa, cap. Hadrianus, 63. dist. ut fecerunt plures Romani

Præfules tertias concedendo nostris Catholicis Regibus, qui proprio sanguine, & maximis sumptibus Ecclesias à Sarracenis occupatas recuperant. Gloss. verbo *singulas*, in dist. cap. *Hadrianus*, Matienzo in l. 1. tit. 10. lib. 5. recopil. gloss. 21. *Parladorius rerum quotid.* cap. 3. num. 7. Concessit enim Summus Pontifex ex tertia parte omnium decimarum duas tertias, & sic ex acervo in novem partes diviso, duæ partes à Rege nostro percipiuntur, ut constat ex l. 1. tit. 21. lib. 9. recopil. *Castillo tract. de tertiis*, ferè per tot. Circa tempus verò hujus concessionis non satis constat: illud tamen certum est, usque ad tempora Alexandri VI. hæc privilegia à Regibus nostris contestata non fuisse perpetua, sed temporalia; in subsidium belli cum Sarracenis initi; nam constat, Henricum I. anno 1216. regiâ fide promississe abstenturum se deinceps à perceptione decimarum, quas injustè occupaverat: & Honorius III. in sua bulla, quæ incipit *Ex parte tua*, data 17. Kalendis Aprilis, anno 1226. concessit Archiepiscopo Tolerano medietatem earum tertiarum, quas potentiores Hispaniæ occupaverant; & Gregorius IX. in sua bulla, quæ incipit, *quanto charissimum* anni 1228. iussit Archiepiscopo Toletano, & omnibus Episcopis Castellæ, quatenus Ferdinandum IV. Regem Castellæ monerent, ut desisteret à tertiarum exactione, ut in ejus chronica refertur cap. 2. & illa bulla reperitur in Ecclesia Toletan. Post hæc Clemens V. per suam bullam, quæ incipit, *Olim clara memoria*, concessit Alphonsi IX. Castellæ Regi duas partes tertiæ portionis decimarum Ecclesiarum terræ sibi subiectæ usque ad tres annos; ita tamen, ut elapso triennio nec per se, nec per alium prædictas tertias exigeret, aliâs excommunicationis sententiam incurreret, ut refert Mariana lib. 23. *hist. cap. final.* Tandem Alex. VI. in sua bulla, quæ incipit, *Dum indefensa*, anni 1494. die 16. Februarii concessit Regibus Catholicis Ferdinando, & Elizabethæ, ut in perpetuum tertias decimarum Regni Castellæ, Legionis, & Granatæ licitè perciperent: & quoad tertias Regni Granatensis aliud privilegium concessit Innocentius VIII. ut referunt adducentes alia privilegia concessa tam Regibus Castellæ, quàm Aragonis, *Parexa de instrument. edit. p. 2. tit. 7. resol. 9. num. 50.* *Borellus de præstantia Regis*, cap. 59. numero 7. *Calixtus Ramirez de lege Regia*, §. 31. numero 3. plures congesti à *Solorzano tom. 2. de jure Indiar. lib. 3. cap. 1. num. 11.* *Sesse tom. 2. decis. 162.* *Castillo de tertiis*, cap. 2. *Escobar de Reg. & Pontif. jurisd. cap. 22.* A prædictis ergo temporibus Reges nostri possident prædictas tertias, cum justo titulo, & bona fide; & cum ille jam sint incorporatæ Regiæ Coronæ, ut prophane, & secularis judicantur: quare cum sint merè temporales, in laicos etiam alienari possunt, ut probat *Menchaca illust. controver. c. 89.* *Lassarte de decima vendit. cap. 19. num. 35.* *Garcia de expensis cap. 9. num. 48.*

5. Deinde sciendum est, olim laicos decimas occupasse variis ex causis, veluti quia cum Reges decimas debitas propriis Capellis perciperent, eas in beneficium laici concedebant. Concil. *Meldenicæ can. 75.* ibi: *Si capellas nostras presbyteris, aut viris ecclesiasticis dederitis, & dominicas decimas acceperint, facta tertia Ecclesie, & luminaria exinde competenter provideant, & presbyteri*

parochianas decimas accipiant, & populi necessitatibus debite invigilent: si autem laici capellas habuerint, à ratione, & auctoritate alienum videatur, ut ipsi decimas accipiant. Luc in dies magis serpente, laici feudi nomine passim decimas occupant, & posteris transmiserunt. *Ordericus Vitalis lib. 5. histor. ibi: Avidi quippe possessores terrenorum, caducis inhiant, de summis, & divinis parum cogitant, adeoque quia plures vix aliquid pro spe sæpna, & nisi temporale commodum viderint, agere tentant, decimas quas Dominus ab Israelitis per Moysen sibi ad usum Sanctuarii, & Levitarum exegit, nostras laici recentant, vel ministris Ecclesie, nisi magno redimantur pretio, reddere effectant.* Immo invalescente Procerum tyrannide consulto his Ecclesiarum Antistites decimarum partem in beneficium dedere, ut partis damnoticquam tuerentur, ut fecit Episcopus *Racesburgensis* cum *Henrico Comiti Polaborum*, de quo *Helmoldus ait: Porro decimas terræ recognovit Episcopo; quarum tamen medietatem recepit in beneficio, & factus est homo Episcopi.* Eandem laicorum decimarum originem indigitat *Fridericus I.* in oratione habita in Concilio Principum apud *Arnoldum Lubecensem: Scimus autem decimas & oblationes à Deo sacerdotibus, & Levitis primitus deputatas; sed cum tempore Christianitatis ab aduersariis infestarentur Ecclesie, easdem decimas Præpotentes, & Nobiles viri ab Ecclesiis in beneficio stabili acceperunt, ut ipsi defensores Ecclesiarum fierent, quæ per se obtinere non valeret.* *Krantzius libro 1. Metrop. capite 2. ibi: Cum non satis fiderant Patres sua jura à laicis Principibus tueri, dedisse arbitror partem decimarum Principibus in manu per seiem feudi & beneficii, malentes amittere arduum, quam totum: inde factum, ut à Principibus transferrent in ministruales, qui nunc militares appellantur, Decimas etiam laicis propinavit ambitio, & gratia Antilitum. *Lyfiardum Parisiensem Archidiaconum hoc nomine notat Fulbertus episc. 34. quod decimas, & oblationes altarium, lipem pauperum Episcopo inconsulto seculari militia traderet. Decimarum quoque infeudationes laicas propagavit sacre in Sarracenos expeditionis necessitas sub Philippo Augusto, cujus adornanda, & instruenda gratiâ militibus permillum fuit, ut decimas è prædiis ditionis suæ suos in usus converterent, quoad bello mererent. Constitutio est *Friderici apud Rigordum anno 1187. Qui alicujus terre magnam justitiam habet, ejusdem terre decimam habebit: miles crucem non habens, domino suo habenti eam, cujus erit homo ligius, dabit de suo proprio mobili decimam, & de feudo quod ab ipso tenebit; si autem ab eo nullum tenebit feudum, de suo proprio mobili decimam domino suo ligio dabit. Laici decimarum occupatores usurpationis velandæ gratiâ persuasum voluerunt, decimam sibi beneficii nomine concessam à R. Pontifice ob tuitionem Romanæ Ecclesie. *Matthæus Patif. in Henricum III. anno 1240. Item in Regno Francia militum decime militibus ab Apostolicis Patribus concessæ creduntur, ut ipsi Romanam Ecclesiam tueantur, sed constat ab eis debitum suffragium esse denegatum, nec etiam constat, eorum suffragium exercitui Domini Papæ fuisse adhuc contributum. Sed fabulam expungit religio Romanorum Pontificum: reclamant tot decreta *Gregorii VII. Innocentii II. Eugenii III. & Concilii Lateran. de decimis è laicis.*****

cas non possidendis. Ecclesia enim semper curavit hujusmodi decimarum concessiones laicis factas irritare, & rescindere: unde Lemaitre lib. 1. de decim. cap. 10. per totum, probare intendit, nunquam Ecclesiam permisisse infeudationem decimarum; quod verum est, si factam à Pontifice excipias; quia nullo unquam tempore licitum fuit Episcopis, etiam per titulum temporalem feudi, aut similem, laicis decimas concedere, cap. 3. Ecclesias, de privileg. cap. cum Apostolica, in fine, de his que fiunt à Pralat. cap. 2. §. sanè, hoc tit. in 6. docent Covar. lib. 1. var. cap. 17. num. 5. P. Barbosa in l. Titia, à num. 45. ff. solut. matrim. Gutierrez lib. 1. practi. quest. 14. num. 5. Azor tom. 1. instit. lib. 7. cap. 36. q. 13. Suarez dict. lib. 1. de decimis, cap. 26. à numero 2. Fachineus lib. 7. controver. cap. 7. Arias Amefia lib. 3. var. cap. 13. num. 19. Unde male communiter Doctores prohibitionem hanc dandi in feudum decimas laicis ad Concil. Lateran. de quo in presenti, & in cap. 3. de privil. & ad Synodum Clarmont. sub Urbano II. relatum in dict. cap. decimas 39. 16. quest. 7. referunt; nam in eo capite aliud profus statuitur, ne scilicet monachi à laicis decimas, vel Ecclesia suscipiant sine Episcopi consensu. Et in cap. 3. de privil. vers. Ecclesias, id solum prohibetur, quod in dict. cap. decimas prohibitum erat, nempe ne religiosi decimas Ecclesiarum de manu laicorum reciperent sine Episcopi consensu; hoc tamen addito, quod Urbanus in dict. cap. decimas, solum futuris negotiis legem dedit, ut ex verbis constat: at Alex. III. in Concilio Later. cujus canon. 9. extat in dict. cap. 3. non solum prohibuit in futurum, sed addidit, ut religiosi dimitterent quascunque decimas à laicis accepissent moderno tempore; sic enim legendum est, non aliquo tempore, ut in vulgatis habetur, ut constat ex Antonio Augustino in 2. collect. & ex ipso Concilio Lateran. quæ verba non temere accipi possent de tempore post prohibitionem Urbani II. in dict. cap. decimas; quod ad octuaginta annos plus minusve subit: nam Urbanus II. anno 1088. electus, duodecim annos Ecclesiam rexit: Alex. III. Lateran. Concil. ad annum 1178. congregavit: ergo illum id Urbani prohibitioni addidisse arbitror, ut prohibitionem Urbani confirmaret, & gesta post ipsam Urbani prohibitionem rescinderet. Postmodum Alexan. IV. in dict. cap. 2. §. sanè, hoc tit. in 6. eandem prohibitionem extendit hoc modo: laici ut prohibitioni prædictæ fraudem facerent, infeudationes decimarum simulabant, quasi sibi factus ab ipsis religiosi, quibus donare intendebant, ut sic postea extinctum feudum religioni quaeretur, ut ipsi laici possent in religiosos decimas transferre, ut in propriam Ecclesiam, absque Episcopi consensu, juxta textum in cap. cum Apostolica, de his que fiunt à Pralat. Has infeudationes simulatas Alexan. IV. rescindit in dict. §. sanè, & limitat in vers. illas, nisi talis infeudatio fuerit ante Concilium Lateran. facta, id est laicis ab ipsis religiosi; nam tunc non præsumitur in fraudem prohibitionis facta, quo tempore nec prohibitio fuerat, quæ fraudaretur. Sic novissime accipio dictum §. sanè, ne aliis dicamus, Alexan. IV. cum communi sententia Concilii Lateran. prohibuisse, ne decimas laici possidere possent in feudum, de quo nec ullum verbum in tota Synodo, nec in iuribus adductis. Antiquo-

rem ergo esse hanc prohibitionem, ne laici decimas obtineant, credo. Carolus enim Calvus anno 876. capitul. 10. ita decrevit: Res ecclesiasticas, tam mobiles quam immobiles, nemo invade-re, vel auferre presumat; & que à Rectoribus Ecclesie ob timorem, vel favorem alicui libellario, vel emphyteuticario jure, dolose, & cum damni detrimento Ecclesie amissa videntur, ad pristinum jus revertantur. Idem statuerunt Innocentius II. in Synodo Romana, can. 7. Gregorio VII. in ead. Synodo, ibi: Decimas, quas in usum pietatis concessas esse canonica auctoritas demonstrat, à laicis possideri Apostolica auctoritate prohibemus; sive enim ab Episcopis, vel Regibus, vel quibuslibet personis eas acceperint, nisi Ecclesie reddiderint, sciatis se sacrilegii crimen committere. Cujus prohibitionis ratio ex eo provenit; nam qui feudum concedit, debet ipsius rei dominium directum habere, ut probavi in cap. 1. de feud. Sed Episcopi non habens directum dominium decimarum: igitur eas in feudum concedere non possunt.

His suppositis ratio presentis prohibitionis Concilii Lateran. ex eo provenit, quia decimæ debentur parochis propriis in alimoniam, & eorum sustentationem; quia spiritualia ministrant, & temporalia accipere debent: sed laici sunt incapaces ministrandi spiritualia: igitur decimas percipere non valent; unde nec beneficia ecclesiastica ipsos retinere posse, probavi in c. sacros. 51. c. Messana 56. de elect. Deinde argumentum ducimus ab oblationibus; nam oblationes magis pendent ex voluntate populorum, quam decimæ: sed nec oblationes laici percipere possunt, aliis hæretici, & sacrilegi judicantur. Concil. Gangren. can. 7. ibi: Si quis vult fructus Ecclesie oblatos, vel dare extra Ecclesiam præter Episcopi sententiam, vel ejus, cui cura eorum tradita est, & non cum ejus sententia ea velit agere, sit anathema. Et clarius can. 8. Si quis dat, vel accipit fructus oblatos præter Episcopum, vel eum, qui est constitutus ad dispensationem beneficentia, & qui dat, & qui accipit, anathema sit. Eandem sententiam firmat Symmachus Papa in 6. Synodo Romana, ibi: Valde iniquum, & ingens sacrilegium esse, ut quæcumque vel pro remedio peccatorum, vel requie animarum suarum unusquisque venerabili Ecclesie contulerit, aut certe reliquerit, ab his, à quibus hæc maxime servari convenit, id est Christianis, & Decum timentibus hominibus, & super omnia à Principibus, & primis regionum in aliud transferri, vel converti. Igitur nec decimas potiori jure Sacerdotibus debitas laici retinere possunt.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta; nam in presenti textu nulla mentio fit infeudationis, vel alterius tituli, ex quo laici decimas detinebant, immò prius supponitur, eas injustè percipere, ut constat ex illo verbo, detinentes; quo veram, atque nudam detentionem significat, cap. 2. §. sanè, hoc tit. in 6. Et si iniuste, quomodo si iniuste detinebantur decimæ à laicis, tantum à Patribus prohibetur earum translatio, non verò jubetur ut eas restituant? Respondeo ex iustis causis, ad evitandum scandalum, tantum in presenti prohiberi prædictam translationem; non tamen inde sequi, detentionem permitti, sed tantum tolerari, ut docent Rebuffus de decimis quest. 10. numero 22. Balboa in dict. cap. causam. num. 18.

Ex supra traditis exponendus est textus in cap. cum Apostolica 7. de his que fiunt à Pralat. ubi agitur cum

6.
Traditur ratio
disponis

7.
Dissolvitur ratio
ambiguitatis

8.
Exponitur cap.
tunc cum

Apostolica tur de decimis à laicis detentis : & asserit Innocentius III. quod laici eas detinentes sunt moneendi, ut propriis Ecclesiis eas restituant ; & si forte induci nequiverint, & maluerint ex diocesani Episcopi consensu eas in aliam Ecclesiam transferre, translationem esse admittendam ; & in calce textus concludit Innocentius, hoc procedere in decimis in feudum perpetuò datis. Ex quo textu expressè deducitur, laicos decimas injustè detinentes, cum consensu Episcopi posse eas in alium transferre, contra huculque tradita. Deinde deducitur, etiam ratione feudi laicos injustè decimas detinere. Agnoverunt priorem difficultatem Azor *rom. 1. instit. lib. 7. cap. 36. Suarez dict. lib. 1. de decimis, cap. 26. Balboa in dict. cap. causam, num. 26. Lemaitre de decimis, dict. cap. 10.* Quibus omnis dicendum est, in eo textu laicos decimas injustè detinuisse, quia ut supra dixi, Episcopi nunquam poterunt laicis decimas infeudare ; & ita eos moneri, ut decimas propriis Ecclesiis restituant : & quia propter scandalum cogi non poterant, eas redderent, si maluissent alteri Ecclesie, quam propriam restituere, cum consensu Episcopi talis translatio permitatur, quia rectius ab Ecclesia, et si non propria, decimæ possidentur, quam à lai-

cis : & ita concessum est ad majora mala vitanda, damnaque Ecclesie illata reparanda ; nam licet decimæ à laicis injustè detentæ restitui deberent illi Ecclesie, cujus fuerant ; si tamen hanc restitutionem laici facere noluerint, æquius est mutari decimas ab una Ecclesia in aliam, quam à laicis retineri : quod etiam docetur in *cap. decimas 16. quæst. 7.* Nec ideo textus ille injustitiam aliquam continet, sed piam bonorum Ecclesie dispensationem concedit, ut vitium injustitiæ subtrahat, etiam si restitutio fiat aliter quam de juris rigore fieri deberet. Quod & eo exemplo firmari valet ; nam qui tenetur alicui centum restituere, si à creditore obtineat facultatem illa dandi pauperibus, sufficienter restituit. Sic ergo licet decimæ injustè à laicis detentæ, propriæ Ecclesie restitui deberent, universalis tamen Ecclesia, quæ est veluti principalis creditor, potuit permittere, ut alteri Ecclesie restituantur : debet tamen Episcopi accedere assensus ; juxta Synodum Melphitanam sub Urbano II. anno 1090. ibi : *Nullus laicus decimas suas, aut Ecclesiam, aut quicquid ecclesiasticum juris est, sine consensu Episcopi, vel Romani concessionem Pontificis monasterii, aut canonicis offerre præsumat.* Alia dabimus in ejus textus commentario.

CAPUT XX.

Lucius III. (a) Strigoni Episcopo.

AD Apostolicæ Sedis regimen, licet immeriti, dignatione divinâ vocati, omnibus sumus Ecclesie filii debitores, & proficietia modo respondere cogimur consultationibus singulorum. Intelleximus autem ex literis tuis, quod quædam (b) consuetudo in Ungaria inolevit, ut multitudo populi plerumque de parochia unius Episcopi in diocesim alterius transferatur ; in qua licet per multa tempora moram habuerit, uterquetamen Episcoporum, tam is, cujus parochia relinquatur, quam is, cujus parochiani sunt facti, decimationem requirit : unde & invidia, & contentiones oriuntur. Ideoque nos tua duxit fraternitas consulendos, cui potius decimæ sint reddendæ. Noveris igitur, quod si de artificio, vel negotiatione aliqua, & agricultura, quam infra terminos parochiæ, in qua moratur, exercet, vel aliis hujusmodi decimæ solvantur, æquum est ut illi Ecclesie reddantur, in quæ ille, qui reddit, per totum anni circulum audit divina, & Ecclesiastica percipit Sacramenta : Apostolus enim dicit : Si vobis seminavimus spiritualia, &c Super decimis verò messium, vel fructibus arborum, si coluerint in alia parochia, quam in ea, in qua habitant, quoniam à diversis diversa consuetudo tenetur, certum aliquod non duximus respondendum. Tu verò eligas in hoc casu, ex quo vel nullum, vel minus noveris scandalum generari.

NOTÆ

1. (a) *Strigon.*] Italegitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 29. & post Concil. Lateran. pag. 50. cap. 39. de Strigoniensi Ungariæ Metropolitani nonnulla adduxi in cap. penult. de Posul. Prælar. & commentarium hujus textus dedi in cap. cum sint homines.
2. (b) *Consuetudo.*] Quæ totum facit in hac decimarum materia. Ut autem agnoscamus ejus vim, & auctoritatem quoad decimas, & earum præstationem, sciendum est, Joannem Andream, & Innocentium in c. in aliquibus, hoc tit. asseruisse decimarum obligationem à jure divino provenire, ideoque consuetudine mutari non posse. Quæ

sententiâ omisâ, alii existimant, dismen esse constituendum inter decimas prædiales, & personales, ita ut prædiales consuetudine tolli non possint, secus verò personales : ita Hostiensis in cap. in aliquibus, hoc tit. Turrecran. in cap. revertimini 16. quæst. 1. artic. 7. num. 12. & alii relati à Balboa de præscript. 5. p. princip. q. 7. qui accipiunt illa verba textus in dict. cap. in aliquibus : *Quæ debentur ex lege divina.* & loci consuetudine probata ; ita, ut priora verba referantur ad decimas prædiales, posteriora verò ad personales. Quæ sententiâ sustineri non potest duplici ratione. Prima, quia decimæ prædiales quoad quotam solo jure positivo debentur, ut diceamus infra in cap. in aliquibus : igitur sicut lege positiva

positiva mutari potest quota decimarum prædialium, poterit etiam tolli consuetudine, cum non minore auctoritate habeat consuetudo, quam lex positiva, *l. de quibus, ff. de legibus, l. 2. c. que sit longa*. Secunda deducta ex universali Ecclesiæ praxi, juxta quam consuetudo non solvendi decimas prædiales, vel eandem partem, observatur. Quibus sententiis omissis dicendum est, decimas personales, quæ omnino à jure positivo originem ducunt, posse in totum consuetudine tolli, Covar. *diñ. cap. 17. num. 8. Suarez diñ. lib. de decim. cap. 12. Moneta eod. tract. diñ. cap. 5. quæst. 4.* & etiam per eam introduci posse, ut decimæ uni Ecclesiæ debita, solvantur alii, *diñ. cap. cum sint homines Fagundez in 5. præcep. Eccles. lib. 3. cap. 1. num. 4. Castillo de tertis cap. 2. num. 5.* Facilius etiam per consuetudinem mutantur circumstantiæ loci, temporis, & mensuræ, ut post Suarium & Rebuffum docent Hunnius in *Encyclop. tract. de decim. cap. 8. in fine*, Felicianus Vega in *cap. clerici, num. 43. de iudic. Manrique de different. quæst. 151.* Circa præstationem verò decimarum prædialium non ita constat apud Interpretes. Consuetudinem circa eam non admitti docuerunt Duarenus de *saer. Eccles. ministr. lib. 7. cap. 1. Rebuffus de decimis quæst. 13.* & alii apud Hunnius *diñ. capite 8.* Contrarium tenebant Moneta *diñ. cap. 5. quæst. 4.* Covar. *diñ. cap. 17. num. 8. Gutierrez libro 2. canonic. 21.* alii quos referunt, & sequuntur Barbofa de *offic. Parochi, cap. 18. §. 3. num. 64.* Valenzuela *consil. 114. & 147.* Sed illis omissis dicendum est, consuetudine induci non posse, ut decimæ, tam prædiales, quam personales, omnino non solvantur, cum talis consuetudo repugnet juri divino, & sit irrationabilis; consuetudine tamen legitime præscripta effici posse, laici eximantur à solutione decimarum, ubi decimæ necessariæ non sunt ad sustentationem ministrorum Ecclesiæ, vel ut minor portio quam decima solvatur. Valenzuela *consil. 103. & 144.* & si circa solutionem sit difformitas, minorem partem deberi resolvit Marinus *lib. 1. resol. cap. 81.* ita ut ex quibusdam fructibus dumtaxat decimæ præstentur, quia aliunde manet congrua sustentatio parochi: hæc tamen consuetudo debet legitime præscribi. Et ut cognoscamus, quando consuetudine, quando præscriptione hæc exemptio competat, exponendum est, in quo differat præscriptio à consuetudine; quod valde necessarium est, quia diversa adminicula in una, ac in altera desiderantur; & quidem varias inter præscriptionem, & consuetudinem differentias agnoverunt, antiquiores, quos referunt Balbus *1. p. quæst. 10.* Molina *lib. 2. de primog. cap. 6. num. 10.* Cuyar. in *regula Possessor, 2. p. §. 3. num. 3.* Gutierrez *libro 2. canonic. capite 21. numero 68.* Menchaca *contro. capite 83. numero 23.* Parladorus *different. 39.* Suarez *diñ. libro 1. de decim. cap. 13. & de legibus lib. 7. cap. 1. num. 10.* Salas *eod. tract. quæst. 77. tract. 14. sect. 1. num. 6.* Matienzo in *l. 1. tit. 7. lib. 5. recopil. glos. 6. num. 1.* Nec mirum, si tot articulo in hoc torqueantur Interpretes, cum sæpe una pro alia usurpetur, & consuetudo quemadmodum præscriptio in usu consistat; sicque consuetudo præscripta dicitur in *cap. final. de consuet. ex quorum Doctorum placitis primò constituo, quoties privatus ex longo temporis usu jus aliquod acquirit, præscriptionem*

esse, non consuetudinem: idemque erit, si jus universitati competat, in quo omnes consentiunt; quia consuetudo est lex non scripta: lex autem non potest à privato induci, sed vel à Principe, si scripta est, vel à populo, si consuetudinaria, *l. de quibus, ff. de legibus.* Secundò erit etiam præscriptio, si universitas contra privatum aliquid acquirat, quia non potest dici consuetudo, vel lex, quæ generalis non est, & omnes æqualiter obligat. Ergo non erit consuetudo, quæ privato jus admittit: & hæc conclusio est contra Panormitanum in *d. cap. final. num. 20.* qui docet consuetudinem esse quoties jus universitati acquiritur, sine illud trahatur ex publico, sive ex privato, per textum in *l. venditor 13. §. si constat, communia prædior. quem sequuntur Balbus, & Gutierrez ubi supra;* sed malè, ut credo; quia quemadmodum consuetudo exigit universitatem ex parte inducentis, ita etiam respectu ejus, contra quem inducitur; quia lex omnes æquè tenet, nec in damnum privati instituitur, *cap. erit autem, 4. diñ.* & ideo quo casu universitas jus admittit privato, præscriptionem esse rectè docent Covar. *diñ. num. 2.* Parladorus *num. 3.* Matienzo *num. 4.* Salas *num. 7.* Suarez *diñ. cap. 1. num. 11.* Nec obstat textus in *§. si constat;* quia responderet primò, consuetudinem ibi generalem fuisse in favorem populi pro omnibus lapidicinis intra sua territoria, aut terminos constitutis, non verò pro lapidicinis privati fundi. Secundò respondeo, per eam consuetudinem non admitti jus privato; quia non fuit inductum, ut gratis liceret lapides cedere, sed oblata eorum estimatione, in quo jus privati non læditur. Tertio responderi potest, consuetudinem ibi pro præscriptione accipi, quod frequens est; sed prima solutio verior est. Tertio si universitas contra universitatem acquirit, majus dubium est, an sit consuetudo, vel præscriptio? Et communiter creditur consuetudo, ex Abbate, Balbo, & aliis supra citatis. Sed contrarium verius credo ex nuper adductis, quia consuetudo solum continet legem, per quam jus inducitur, non verò admittitur alii, quod suum est; id enim præscriptione efficitur: & ita dicitur consuetudo, per quam jus acquiritur uni, sed alii non aufertur, ut notant Balbus supra, *num. 4.* Matienzo *num. 3.* Propriè igitur consuetudo tendit ad derogationem legis communis sine respectu ad alium; præscriptio verò ad acquisitionem juris alii competentis. Unde si collegium adversus privatum, vel adversus aliud collegium acquirat, non erit consuetudo, sed præscriptio; quia collegia leges ferre non possunt: & per consequens nec consuetudinem, quæ vicem habeat legis, inducere, ut notat Abbas *diñ. num. 20.* Idemque erit dicendum de quibuscunque aliis communitatibus, quia solus populus potest veram consuetudinem inducere, *l. de quibus, ff. de legibus:* docet Suarez *diñ. lib. 7. cap. 3. num. 8. & 10.* Ex quibus apparet, quam difficile sit, consuetudinem à præscriptione distinguere in hac materia decimarum; cum enim jure communi definitum sit, quibus decimæ debeantur, quomodoque solvendæ sint, & quo loco præstandæ, semper ac aliquid per consuetudinem detrahatur juri communi in præjudicium eorum, quibus jus commune favet, ex proximè adductis præscriptio dici debet, non consuetudo; cum uni tribuat, & alii

alii adimat: quod plerisque iuribus adversatur, in quibus observari jubeatur consuetudo in solutione decimarum, in cap. cum sint. cap. in aliquibus, §. final. hoc rit. in præfenti, & alibi sæpe. Unde dicendum puto, consuetudinem in decimis tunc induci, cum universitas capax eam inducendi per tempus à lege diffinitum, & cum cæteris administrandis, hoc, vel illo modo decimasolvere consuevit, licet ex tali modo decimandi præjudicium aliis inferatur. Probatur quia consuetudinis substantia consistit in generali derogatione legis: sed si hæc lex huic, vel illi, vel certo hominum generi favorabilis sit, & ideo si generaliter in populo fuerit usitatum aliquid in materia decimarum, quod æquè ab omnibus observetur, erit dicenda consuetudo, quia illud principaliter agitur, ut juri communi derogetur; damnum autem, quod huic, vel illi privato inferitur, in consideratione non est, quia secundariò, & non principaliter intenditur in consuetudinis inductione. Ergò cum jus decimarum per consuetudinem immutatur, ea intervenire debent, quæ ad inducendam consuetudinem desiderantur, ut scilicet rationabilis sit, & iusta, non divino, aut naturali juri contraria, sed illud inducens, quod lege præcipi posset, ut post alios rectè explicant Lessius de iustitia lib. 2. cap. 6. num. 55. Salas eodem tract. disputat 19. sect. 5. Suarez dict. lib. 7. de legibus, cap. 6. Item ut sit per tempus diuturnum observata, & legitime præscripta. Quantum autem temporis requiratur jure communi, non est diffinitum, licet jure Regio decem, vel viginti anni requirantur, ut consuetudo legem civilem abroget, l. 5. titul. 2. part. 1. communiter tamen docetur, consuetudinem contra jus civile decennio præscribi, quia eo jure exigitur consuetudo longæva, l. 1. 2. §. 3. C. que sit longa consuetudo: longum autem tempus censetur decem annorum, ex titulo Codicis de præscrip. long. temp. Quod si consuetudo sit præter jus canonicum, decem anni sufficiunt; si autem contra illud, quadraginta desiderantur, quia adversus ecclesiasticas res, aut

personas non præscribitur minori spatio, quam quadraginta annorum, ut docetur in dict. l. de quibus, Jason. num. 44. & 45. Abbas in dict. cap. final. de consuet. num. 11. Covar. lib. 1. variar. cap. 17. num. 8. Gutierrez lib. 2. canonic. cap. 21. num. 58. Suarez de legibus dict. lib. 7. cap. 15. num. 2. Salas eodem tract. disput. 19. sect. 4. Parladorius different. 39. à num. 8. Salazar de usu & consuet. cap. 5. num. 1. ex quibus constat, hanc esse communem doctrinam, & ex Lessio dict. num. 45. Ultra hæc duo requisita illud etiam desideratur, ut ab iis consuetudo inducatur, qui facultatem habent eam inducendi per actum frequentiam, quæ ex adductis in tit. de consuetudine petenda sunt: bona autem fides, seu titulus, non exigitur in consuetudine, sed solum in præscriptione; quia horum loco subrogantur diuturnus populi usus, & scientia Principis, saltem præsumpta, ut post alios notat Balbus dict. quest. 10. num. 7. Covar. dict. vers. 10. Salas dict. disput. 19. sect. 5. Suarez dict. lib. 7. cap. 1. n. final. & dict. lib. 1. cap. 13. à num. 7. Sarladorius supra. num. 4. D. Secundum hæc dicendum est, quod si dubitetur cui Ecclesiæ decima debeantur, v. g. quia non constat in cuius territorio prædium situm sit, standum erit consuetudini decennali, quæ in hoc casu sufficit, cum sit præter jus: & ita intelligenda sunt tradita à Covar. dict. num. 8. vers. 4. non bene, ut videtur, percepta à Gutierrez dict. num. 58. ut notat Suarez dict. lib. 1. cap. 22. num. 8. Si verò certum sit, cui Ecclesiæ decima debeantur jure communi, non aliter ei per consuetudinem auferri poterunt, quam si quadraginta annis præscripta sit. Ex quo falsissimum est quod tradit Abbas dict. capite cum sint, num. 6. Gloss. 3. decimas prædialia adimi posse Ecclesiæ, in qua sita sunt prædia per consuetudinem decennalem; quia, inquit, est præter jus; sed fallitur, cum certo jure diffinitum sit, ei Ecclesiæ hæc decimas deberi, & ideo Abbatem cum ratione reprehendit Suarez d. c. 11. à n. 2.

CAPUT XXI.

(a) Cœlestinus III.

EX parte dilectorum filiorum nostrorum Canonicorum Ecclesiæ tuæ nobis est querela proposita, quod quidam agricultores, cum simul, vel diversis annis temporibus in eodem agro, vel orto diversa semina sparserint, non nisi de unius illorum seminum fructibus decimas illi persolvunt: qui etiam decimas de agrorum proventibus non curant exsolvere, nisi quibusdam deductis expensis, quas faciunt pro illis ad horreum, vel ad aream deportandis. Quia igitur per hoc Canonicis ipsis & Ecclesiæ Dei non modica irrogatur injuria, cum Levitis absque expensis decimas sit in junctum impendi: m. quatinus inquisita diligentius veritate, si rem taliter noveris se habere, agricultores illos, ut de omnibus dictorum prædiorum fructibus, nullis subtractis expensis, sed integras potius decimas, & absque diminutione persolvant, per censuram Ecclesiasticam omni cont. & ap. cess. compellas, & auctoritate nostrâ districtè inhibeas, ne talia de cætero aliquà cupiditate, seu præsumptione attentent,

NOTÆ

NOTÆ

Coelestinus III.] Sic legitur in secunda collectione, sub hoc ipso titulo, capite 5.

nullibi tamen exprimitur Prælatus, cui rescribat Pontifex; unde cognosci non potest, de quibus Canonicis in presenti agatur. Commentarium hujus textus dedi supra in cap. 4.

CAPUT XXII.

(a) Coelestinus III.

Non est in potestate hominum, cum plantant arbores, vel aliqua terræ semina mandant, quid eis satio sit, vel plantatio redditura, cum juxta verbum Apostoli ad literam exponendum, neque qui plantat aliquid plenè faciat, neque qui rigat, sed Deus, qui tribuit incrementum. Audivimus autem, quod quidam vestrum de vineis, olivetis, canna mellis, & frugibus non nisi primò deductis expensis seminum, & laboris, vel agriculturæ decimas curant Ecclesiis exhibere. Reverà sicut sancti Patres in suis tradiderunt scripturis, de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, & negociatione, & de ipsa etiam militia, & de venatione, & de omnibus bonis decimæ sunt ministris ecclesiæ tribuendæ, ita etiam ut qui his solvere neglexerint, ecclesiasticâ debeant districtione percelli. Præterea si quis decimas Deo non dederit, quæ sunt tributa agentium animarum, & ex debito requiruntur, ad decimam partem, ut Augustinus docet, revocati meretur. Volumus igitur, & districtè præcipimus, quod antequam deducatis de cunctis vestris bonis collectis expensas, salvis privilegiis (b) Romanæ Ecclesiæ, decimas Ecclesiis, ad quas pertinent, cum integritate debita persolvatis.

NOTÆ

1. (a) **C**oelestinus III.] Ita legitur in secunda collectione, sub hoc titulo, capite 4. nullibi autem exprimitur Prælatus, cui rescribat Coelestinus; quod & in aliis epistolis ipsius Pontificis sæpe contingit, ut jam notavi.
2. (b) **R**omanæ Ecclesiæ.] Summus enim Pontifex potest privilegium exemptionis à decimarum solutione concedere, capite 2. de Eccles. adf. probavi latè supra, in capite 4. Quod

procedit duabus conditionibus concurrentibus. Prima, ut congrua sustentatio ministris Ecclesiæ suppetat, aliàs nec consuetudine, privilegio, aut prescriptione obligatio decimarum minui, vel mutari valet. Secunda, ut adsit justa causa concedendi si-milem exemptionem. Causas autem minuendi obligationem decimarum ex veteribus Historicis refert Lemaitre libro 1. de decimis, capite 5. & jam adduximus in capite 4. hoc titulo, ex quo commentario præsens petendum est.

CAPUT XXIII.

(a) Coelestinus III.

Ex transmissa querela B. Dolen. Archidiaconi Rectoris Ecclesiæ de N. intelleximus, quod cum miles quidam molendinum quoddam ad ventum in terra quadam infra fines parochiæ suæ, de cujus terræ proventibus decimas solebat Ecclesiæ percipere memorata, construxit, de ipsius molendini obventionibus decimas ei solvere contradicens, in salutis suæ periculum detinere non veretur. Quia igitur fidelis homo de omnibus quæ (b) licitè potest acquirere, sine diminutione decimas erogare tenetur, disc. v. p. A. f. m. quat. prædictum militem ad solutionem decimarum de obventionibus, quæ de opere dicto molendino sibi proveniunt, sine diminutione aliqua per censuram ecclesiasticam, subl. ap. obft. compellatis.

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.

C g g

NOTÆ

NOTÆ.

Celestinus III.] Ita etiam habetur in secunda collectione, sub hoc tit. cap. 7. sed nullibi exprimitur, cui Prælato rescribat Pontifex: uade co-

gnosci non potest de quo Archidiacono in præfenti agatur.

(b) *Licitè.*] Unde histiones, meretrices ex turpi lucro non præstant decimas, ut docuerunt D. Thomas 2. 2. q. 87. de decimis, artic. 2. ad 2. Sotus lib. 9. de iustitia, quest. 4. artic. 2.

CAPUT XXIV.

Innocentius III. (a) *Pistoriensis* Episcopo.

A nobis tua fraternitas requisivit, utrum ab illis decimas exigere debeas, qui possessiones dant, vel recipiunt ad (b) affectum, cum alii se conentur per alios excusare, quominus cogantur ad decimas persolvendas. Cum igitur quilibet decimas solvere teneatur, nisi à præstatione ipsarum specialiter sit exemptus, f. t. duximus respondendum, quod à dantibus (c) possessiones, & recipientibus ad affectum, de fructibus, quos percipiunt, decimæ sunt solvenda, nisi ab eis aliquid ostendatur, quare ab huiusmodi sunt immunes.

NOTÆ.

1. (a) *Pistoriensis.*] Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc titul. cap. 1. & in capite à nobis, de cohabit. cleric. ubi extrat alia pars huius textus, & ibi præsentem inscriptionem exposui.

(b) *Ad affectum.*] In hac sexta collectione legitur, ad firmam; & rectius, juxta ea quæ notavi in cap. 7. de locato.

2. (c) *Dantibus possessiones, & recipientibus.*] Ita ut quisque pro parte fructuum quos percipit, debeat solvere decimas, ita ut si coloni partiarum sunt, tam colonus, quam dominus quilibet pro portione sua decimas persolvat; ita tamen ut ex eisdem fructibus

redesima nunquam solvatur, juxta legem finalem, titul. 4. lib. 1. recopil. docent Azor part. 1. instit. libro 7. cap. 34. quest. 4. Barbosa lib. 3. juris Eccl. cap. 26. §. 1. num. 39. Valascus de iure emphy. quest. 30. num. 15. unde si fundus, ut regulariter fit, colonis locetur, non debent ex eisdem fructibus colonus, & dominus decimas prætare, sed tantum unus debet eas persolvere, ut post Monetam, Rebuffum, & alios dacet Manrique de differ. uniuers. libri. quest. 151. quo modo accipiendus est Guierrez libro 1. practic. cap. 18. num. 19. qui docet decimas præstendas esse tam à Colono, quam à domino prædii conducti.

CAPUT XXV.

Idem (a) *Vercellensis* Episcopo.

Tua nobis fraternitatis intimavit, quod quidam laici tuæ diocesis, & alii plures Episcoporum adjacentium decimas Ecclesiis, & clericis tuis peruersis machinationibus subtrahere moliantur, & conceptæ peruersitatis, audaciam non curant satisfactione debita emendare. Quidam enim ex eis semen, & sumptus, qui fuerint in agricultura, primitus deducendos, & de residuo impendendam esse decimam asseverant: alii verò de portione fructuum, quam à colonis accipiunt, partem decimæ separantes, eam (b) capellanis suis, vel aliis clericis, seu Ecclesiis, aut etiam pauperibus conferunt, vel in usus alios pro sua voluntate convertunt: nonnulli clericorum vitam tam abominabilem detestantes, decimas eis ob hoc subtrahere non verentur: quidam insuper asserentes se possessiones, & omnia jura sua cum omni honore atque districtu per Imperialem concessionem adeptos, decimas huiusmodi generaliter detinere præsumunt. Occasione præterea veteris decimationis, quam asserunt sibi concessam, aliqui decimas novalium sibi non metuunt usurpare. Verum si ab eo, à quo bona cuncta procedunt, assertores huiusmodi debitum respectum haberent, jus ecclesiasticum diminuere non contenderent, nec decimas (quæ tributa sunt egentium animarum) præsumerent detinere. Cum enim Deus, cujus est terra, & plenitudo ejus, orbis terrarum, & uniuersis, qui habitant in eo, deterioris conditionis esse non debeat, quam Dominus temporalis, cujus statutum debitum de terris, quas exhibet aliis excolendas, non quidem deductis sumptibus, aut semine separato, necessarium esse dignoscitur cum integri

integritate persolvi, nimis profecto videtur iniquum, si decimæ; quas Deus in signum universalis domini sibi reddi præcepit, suas esse decimas, & primitias asseverans, occasione præmissâ, vel excogitatâ magis fraude diminui fortè (c) valerent: cùmque Deo debita sit solutio decimarum, in tantum ut ad eas clericis exhibendas, quibus eas ipse pro suo cultu concessit, laici, si moniti fortè noluerint, ecclesiasticâ sint districtione cogendi, prætextu (d) nequitia clericorum nequeunt eas aliis, nisi quibus ex mandato divino debentur, pro suæ voluntatis arbitrio erogare, cùm nulli sit licitum aliena cuicumque concedere præter domini voluntatem: quamquam per sollicitudinem officii pastoralis clerici sint à sua nequitia coercendi. Et cùm de cunctis omnino provenibus decimæ sint reddendæ, sicut colonus de parte fructuum, quæ sibi remanet ratione cultura, sic & dominus de (e) portione, quam percipit ratione terræ, decimam reddere sine diminutione tenetur. Porro cùm laicis nulla sit de spiritualibus rebus concedendis, vel disponendis attributa facultas, Imperialis concessio, quantumcunque generaliter fiat, neminem potest à solutione decimarum eximere, quæ divinâ constitutione debentur; nec occasione decimationis antiquæ, licet in feudum concessæ, decimæ sunt novalium usurpandæ, cum in talibus non sit extendenda licentia, sed potius (f) restringenda. Quoniam igitur pati nolumus, nec debemus, ut Ecclesiarum, & clericorum jura præsumptione qualibet minuantur, fraternitati tuæ auctoritate præsentium indulgemus, quatenus omnes, qui ratione personarum, aut etiam prædiorum decimas Ecclesiis, & clericis tuæ diocesis exhibere tenentur, ad eas cum integritate reddendas, sublato appellationis diffugio, auctoritate Apostolicâ, per excommunicationis, vel interdicti sententiam compellendi liberam habeas facultatem. Præterea ut clericos tuæ diocesis, de quibus fuerit auditorio tuo querela proposita de decimis antedictis, & fructibus perceptis ex eis, ad plenam sub tuo examine justitiam faciendam compellere valeas, non obstante (g) appellationis objectu in elusionem ecclesiasticæ disciplinæ, devotioni tuæ præsentis scripti paginâ duximus indulgendum. Decernimus ergo, &c. hanc paginam nostræ concessionis, &c.

N O T Æ.

1. **Vercellensi.**] Ita etiam legitur in cap. 2. hoc tit. in. 3. compil. & in epistolis editis Colonia à Sirdeto fol. 414. ex quo registro hujus textus literam restituo, ut cognoscatur, eandem epistolam in antiquis compilationibus 3. & 4. & in hac sexta divisam esse in præsentem textum, & sequentem, cùm simul uterque textus reperitur in ipsa epistola. De diocesi Vercellensi nonnulla notavi in capite licet, de foro compet.

(b) **Capellaniis.**] Quod supremis Principibus concessum esse probavi supra in cap. 4.

(c) **Valerent.**] Hanc textus partem de decimis solvendis non deductis expensis, exposui supra in cap. 7.

2. (d) **Nequitia clericorum.**] Non enim ideò decima subtrahi debent à populo parochis propriis, quòd inhonestè & turpiter vivant; siquidem decimæ illis debentur propter laborem in administratione sacramentorum impensum, non verò propter vitæ probitatem, capite fortè 3. 14. quest. 5. D. Hieronymus ad illa verba Matthæi cap. 22. *Reddite quæ sunt Cesaris inquit: Porro quod ait, Reddite quæ sunt Cesaris inquit: id est nummum, tributum, & pecuniam:*

& quæ sunt Dei Deo, id est decimas, primitias, & oblationes. Tunc autem Cæsar Tyberius Tyrannus erat, sacerdotes infideles, avari, & in malo pertinaces, in mortem Domini jugiter meditantes; & tamen illis Dominus jubet decimas dare. Et contra Wiclef. ita declaratum fuisse in Concilio Constantiensi refert Castro adversus hæreses, verbo Decime: docent Rebuffus de decimis dist. quest. 7. num. 15. Gutierrez dist. cap. 21. num. 138. P. Gregorius lib. 13. de repub. cap. 17. num. 2. nam & hoc casu clerici decimas suas faciunt, ne tenentur eas restituere, etsi perditæ vivant, nisi crimen admittant, cujus ratione fructibus beneficii ipso jure priventur.

(e) **Portione, quam percipit.**] Ex qua colonus decimas non præstiterat, alias redecimatio daretur, contra ea quæ adduxi supra, in cap. à nobis.

Divina institutione.] Hæc verba exponemus infra in cap. in aliquibus §. final.

(f) **Restringenda.**] Quia cùm privilegium hoc contra jus commune concessum esset, Restringi debebat, ut quanto minus læderet jus parochiale, ut supra probavi in cap. 4. ubi textum hunc exposui.

(g) **Appellationis objectu.**] Quia in his decimarum causis proceditur appellatione non obstante,

CAPUT XXVII.

Idem Abbati sanctæ (a) Columbanæ Senon.

EX parte tua fuit propositum coram nobis, quod cum tibi de laboribus terræ parochiarum tuarum, sicut asseris, sic indultum decimas cum integritate percipere, tibi dignemur misericorditer indulgere, ut de terris, quæ infra parochias tuas rediguntur noviter ad culturam, de indulgentia nostra exigendi decimas facultatem haberes. Cum igitur tibi, quod majus est, sit concessum, ut videlicet decimas de laboribus terræ parochiarum tuarum percipias, de novalibus eas exigere satis potes; quia ibi majus tibi conceditur, minus etiam in hoc casu (b) concessum esse videtur.

NOTÆ.

1. (a) **S**anctæ Columbanæ.] Ita legitur in tertia collectione, sub hoc titulo, cap. 3. sed legendum est, Sanctæ Columbe, ut habetur in hac tertia collectione. Varia autem sunt monasteria sub titulo Sanctæ Columba; unum in Italia, de quo egi in cap. olim in causa, de restit. spol. alia tria in Gallia. In presenti agitur de monasterio D. Benedicti prope Senonas constructo, de quo agitur in Concilio Tulenti apud Saponarias anno 859. apud Carnot. epistol. 107. & Lupum Ferr. epistol. 10. De eo videndi

sunt Fratres Sarmath. tom. 4. Gallie Christi. fol. 286. Odoni ejus Abbati rescribit Innocent. in presenti.

(b) **Minus concessum.**] Consonat textus in cap. visis 16. quest. 2. Nec contrarium probat textus in cap. final. de translat. Episc. ubi illi, cui conceditur transitus ad majorem dignitatem, non ceditur concessus ad minorem; nam aliter consideratur plus minusve in dignitate, quam in transitu ad dignitatem; quia difficilius permittitur transire ad parem dignitatem, quam ad majorem, ut docet Jul. Pacius centur. 10. quest. 81.

CAPUT XXVIII.

Idem (a) Helvensi Episcopo.

Pastoralis officii diligentia. *Et infra:* Explicari præterea postulasti, utrum quis possit de molendinis, & piscariis necessarias expensas deducere prius quam solvat decimas ex eisdem, sicut est in negotiatione concessum. Ad quod sine præjudicio melioris sententiæ respondemus, quod licet circa res acquisitas, vel factas de pecunia decimata, cum ipsæ venduntur, credamus deducendas expensas, & de residuo quasi de lucro decimas persolvendas, ut si vendatur domus, ager, vinea, clibanus, molendinum, grex, aut quælibet merces: expensas tamen, quæ fiunt pro fructibus percipiendis ex illis, de quibus fructus proveniunt, non credimus deducendas, etiam si fuerint decimate: quoniam salvâ decimâ efficiuntur eorum fructus, qui faciunt ipsas expensas. Fructus autem ipsos alienare posse non credimus, nisi cum onere decimarum: nec pro restaurando detrimento quarumlibet rerum, ex quibus decimæ persolvuntur, credimus deducendas expensas de proventus decimandis; quia penes dominum res permanent restauratæ, ut si pars aliqua moriatur armenti, deterioretur vinea, portio mercis depereat, vel totus clibanus destruat.

NOTÆ.

(a) **H**elien.] Ita etiam legitur in cap. 4. hoc tit. in 3. collect. & in cap. pastoralis, de re-

script. ubi alias partes hujus decretalis congesti, & præsentem inscriptionem exposui, & hujus textus commentarium dedi supra in cap. cum sint homines. 7.

CAPUT XXIX.

Idem Episcopo (a) Belvacensi.

Cum contingat interdum etiam in tua dioecesi, &c. *Et infra:* Præterea requisisti, cum aliqua prædia, de quibus Ecclesiis, aut personis ecclesiasticis decimæ solvebantur, ad Fratres Cistren. Ordinis donationis, vel emptionis vel alio titulo devolvuntur, an iisdem Fratres de talibus prædiis ipsis Ecclesiis, vel personis decimasolvere teneantur. Super quo tibi tale damus responsum, quod cum prædictis Fratribus à Sede Apostolica sit indultum, ut de (b) laboribus suis, quos propriis manibus, aut sumptibus excolunt, decimas nulli prorsus persolvere teneantur, de prædiis taliter acquisitis Ecclesiis, vel personis ecclesiasticis decimasolvere non tenentur, dummodo propriis manibus eorum, aut sumptibus excolantur. Cum autem in quibusdam parochiis ad quasdam Ecclesias, vel personas ecclesiasticas ab antiquo pertineat perceptio decimarum, & de novo fiant novalia in eisdem, quaris à nobis, ad quem hujusmodi novalium decima incipiat pertinere. Unde inquisitioni tuæ breviter respondemus, quod cum perceptio decimarum ad parochiales Ecclesias de jure (c) communi pertineat, decimæ quorumcunque novalium, quæ sunt in parochiis earundem, ad ipsas procul dubio pertinere noscuntur, nisi ab ipsis, qui alias percipiunt decimas, causa rationabilis ostendatur, per quam appareat novalium ad eos decimas pertinere.

NOTÆ.

1. (a) *Belvacensi.*] Ita etiam legitur in quarta collectione, *sub hoc tit. cap. 1. & in cap. cum contingat, de foro compet. c. cum contingat, de jurejur.* ubi extant alia partes hujus decretalis, & præsentem inscriptionem exposui.
(b) *Laboribus suis.*] Ut probavi in cap. 4. *suprà, hoc tit.*
(c) *De jure communi.*] Juxta adducta *suprà in cap. 4.*

COMMENTARIUM.

2. Præscriptio circa jus decimarum dupliciter contingere potest. Primò cum præscribitur libertas, seu exemptio eas non solvendi, de qua egi *suprà in cap. 20.* Secundò cum præscribitur jus percipiendi decimas in aliena parochia, de qua egi *in cap. ad aures 6. de præscript.* Illud autem pro hujus textus expositione notandum superest, ad hoc jus decimarum acquirendum, sicut ad alia jura ecclesiastica, quadragenariam præscriptionem desiderari, *cap. de quarta, de præscript. cap. 1. eodem titul. in 6.* ubi statuitur, decimas in aliena parochia præscribi posse solum spatio quadraginta annorum cum titulo; vel si desit titulus per id tempus, cujus initium memoriam hominum excedat, quod immemorabile dicitur; nam cum huic præscriptioni resistat jus commune, quod prohibet decimas in aliena parochia percipi, ideo tam longa præscriptio desideratur; docent Covar. *dict. lib. 1. var. capite 17. num. 7.* & in regula, *Possessor. 2. part. §. 5. numero 2.* Menchaca *illustr. controver. cap. 87.* Molina *de justitia tract. 2. disputat. 75.* Suarez *de decim. lib. 1. cap. 13. num. 1.* Castillo *de tertius, cap. 15. num. 32.* Germonius *lib. 3. de sacro. cap. 19.* Nec obstat regula textus *in l. si sic consti. D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.*

*una, ff. quemadmodum servit. quatenus probat, in præscriptione discontinua servitutis tempus duplicari debere: sed hoc jus percipiendi decimas discontinuum est: ergo non sufficit spatium quadraginta annorum, sed necesse est tempus illud duplicare. Pro cujus difficultatis solutione aliqui ex Interpretibus distinguendum putant inter jus civile, & canonicum, ita ut jure civili attento tempus duplicari debeat, secus verò inspecto jure canonico. Ita Innocentius in dicto capite de quarta; quem reprehendunt Covar. *dict. cap. 17. num. 10.* Padilla *in l. 2. num. 8. C. de servit. & aqua.* Quare Baldus *in dict. cap. de quarta, & in authent. quas actiones, C. de sacros. Eccles.* inquit, quod quando idem tempus in præscribendis rebus jure civili, & canonico statutum est, tunc illud duplicare non est necesse; sed in præscribendis decimis, & similibus rebus tempus quadragenarium tam jure civili, quam canonico desideratur, ut *in dict. capite de quarta, & in dict. authent. quas actiones.* ergo tempus illud duplicari non debet. Quem intellectum communem esse dixerunt Covar. & Padilla *ubi proxime.* Sed aperte convincitur; nam in præscribendis rebus contra privatos, idem tempus ab utroque jure, civili, & canonico statutum est, ut probat textus *in capite placuit, & ferè per totam 16. quest. 3.* Omnes tamen consentiunt, in his rebus duplicatum tempus desiderari, quando jura discontinua sunt, *ex dict. l. si sic constituta.* ergo idem dicendum est in quadragenaria præscriptione. Ea igitur solutione omisa, ut veram assignemus, sciendum est, quadragenariam præscriptionem in favorem Ecclesie fuisse introductam illis in casibus, in quibus contra privatum minori tempore præscriptio correbat; quare si in aliis rebus, in quibus jura discontinua sunt, habeat locum temporis duplicatio; tamen in iuribus ad Ecclesiam spectantibus non habet locum; nam cum*

cum in eis à jure canonico quadragenarium tempus desideretur, quod tempus ordinarium longè excedit, non est necesse, etiam in discontinuis rebus tempus duplicare, sed hæc taxatio quadragenarii temporis indistinctè sequenda est: non enim debet privilegium ultra proprios terminos extendi, *cap. sanè, cap. porrò, de priv. cap. petisti 7. quest. 1.* nam jus civile tempus duplicatum in discontinuis juribus exigit, quia prius breve tempus exegerat: sed cum jam fuisset in præscriptione rerum Ecclesiæ ejus favore satis prolixum tempus præscriptum, duplicari etiam in juribus discontinuis non debuit: sed Ecclesiæ suo privilegio etiam in eis contenta esse debet, nisi dicamus, jus percipiendi decimas non esse discontinuum; nam et si simulata sint, quæ cau-

sam habent discontinuam; omnia tamen illa habere valent continuam possessionem, quæ solo animo retineri potest absque actuali incubatione, *l. 3. §. in amittenda, ff. de acquir. possess. l. licet, Cod. eod. titul.* sic enim jus percipiendi decimas, quamvis causam habeat discontinuam; tamen continuam possessionem habere potest: semper enim qui hujusmodi jus percipiendi decimas habet, paratus est decimas percipere ex fructibus quocunque tempore collectis, absque aliqua sua possessionis intermissione; unde eo casu sufficit tempus, quod ad aliarum rerum præscriptionem statutum est. Videndus D. Joannes del Castillo de *terris cap. 15. n. 40. & cap. 21.* ubi de præscriptione tertiarum contra Regem nostrum agit.

CAPUT XXX.

Idem (a) Eidem.

Cum in tua dicecesi quædam monasteria, & conventuales Ecclesiæ in multis parochiis majores decimas percipiant, & minutas, & de quibusdam fructibus annuatim perceptis decimæ non fuerint persolutæ, quæ tamen modò solvuntur: quæsi- visti per Sedem Apostolicam edoceri, utrum decimæ fructuum prædictorum ad parochiales Ecclesiæ, quæ nec majores percipiunt, nec minutas, an ad monasteria, & illas Ecclesiæ conventuales, quæ nec decimas alias percipiunt ab antiquo debeant pertinere. Ad quod sic duximus respondendum, quod si fructus prædicti de illis terris proveniunt, de quibus monasteria, seu conventuales Ecclesiæ aliquos percipiebant ratione decimarum proventus, eis proculdubio debentur decimæ fructuum eorundem, cum in ipsis ab antiquo terra illa fuerit decimalis, & non debeat una, eademque substantia diverso jure censerī. Alioquin parochialibus Ecclesiis exsolvantur, ad quas de jure communi spectat perceptio decimarum. Sanè quia contingit interdum, quod aliquibus volentibus matrimonium contrahere, bannis, ut tuis verbis utamur, in Ecclesiis editis secundum consuetudinem Ecclesiæ Gallicanæ, ac nullo contradicte publicè comparente, licet fama privatim impedimentum deferat parentelæ, cum ex parte contrahentium juramenta majorum de sua propinquitate, ut suspicionis tollatur materia, offerantur: quid tibi sit faciendum in casibus hujusmodi quæsi- visti. Ad hæc taliter respondemus, quod si persona gravis, cui fides sit adhibenda, fraternitati tuæ denunciaverit, quod ii, qui sunt matrimonio copulandi, se propinquitate contingant, & de fama, vel scandalo doceat, aut etiam per ipsum possis certificari de plano, non solum debes juramenta parentum sponte oblata recipere, verum etiam eos, qui contrahere sic nituntur, si monitis induci nequiverint, compellere, ut vel à tali contractu desistant, vel contra famam hujusmodi secundum tuam discretionis arbitrium juramenta exhibeant propinquorum. Alioquin si persona denunci- cians non extiterit talis, ut diximus, & de fama, vel scandalo non poterit edoceri, ad desistendum monere poteris, non compellere contrahentes. Si verò post contractum matrimonium aliquis appareat accusator, cum non prodierit in publicum, quando banni secundum præfatam consuetudinem in Ecclesiis edebantur, utrum vox debeat suæ accusationis admitti, meritò quæri potest. Super quo sic duximus distinguendum, quod si tempore denunciationis præmissæ is, qui jam conjunctos impetit, extra dicecesim existeret, vel aliàs denunciatio non potuit ad ejus notitiam pervenire, utputà, si nimis infirmitatis fervore laborans, sanæ mentis patiebatur exilium, vel in annis erat tam teneris constitutus, quod ad comprehensionem talium ejus ætas sufficere non valebat, seu alià causâ legitimâ fuerat impeditus, ejus accusatio debet audiri. Alioquin cum rationabiliter præsumatur, quod denunciationem publicè factam idem existens in ipsa dicecesi minimè ignoraverit, tanquam suspectus est proculdubio repellendus, nisi proprio firmaverit juramento, quod postea didicerit ea, quæ objicit, & ad hoc ex malicia non procedat;

pat; quia tunc etiam si didicisset ab aliis, qui denuntiationis tempore siluerunt, claudi non deberet eidem aditus accusationis: quoniam et si ab impetitione huiusmodi culpa de silentio tali contracta illo excluderet, iste tamen amoveri nequiret, cum culpabilis non existat. Utrum autem si accusatore idoneo comparente, per tres, vel quatuor testes inter jam conjunctos parentela probetur, per depositiones eorundem posteriorum testium derogetur fidei sex, vel duodecim propinquorum, qui antiquiores tempore, ac praestantiores meritis ante contractum matrimonium in contrarium iuraverunt; distinguendo personas, & gradus, à quibus directe ij, de quorum agitur copula; descendunt; an primi posterioribus praerantur, non immerito quæri possit? Quamquam ad aliud, & ob aliud iuraverint illi, quam isti; si tamen in secundo iudicio priores personarum iurata deponerent illa eadem, quæ primò dixerunt, absque dubio eorum testimonia prævalerent, nec eo possent prætextu repelli, quòd partes testificata didicerint, cum talis exceptio locum non habeat in hoc casu. Datum Later. iv. Kalend. Novemb. P. N. anno xv.

NOTÆ.

1. (a) **E** Idem.] Id est Belvacensi Episcopo, ut legitur in quarta collectione, sub hoc titulo, cap. 2. & in cap. cum in tua 24. de rebus, cap. cum in tua 27. de spons. & in epistolis Innocentii III. editis à Boschetto lib. 3. registr. 15. epist. 182. ex quo registro literam huius textus restituo.

COMMENTARIUM.

1. **I**n his duabus decisionibus agitur de prescriptione decimarum in aliena parochia, & docetur eam non extendi ad novalia: quod etiam docetur in cap. 3. in 5. collect. ubi honorius III. ita scribit. [Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod in parochia Ecclesie tue veteres percipis decimas integraliter, per hoc credens quod ad te debeant in eadem parochia novalium etiam decimæ pertinere: sed venerabilis f. n. Episcopus Novar.

hujusmodi novalium decimas R. Canonico Novar. quasi hoc portuerit de consuetudine, quæ dicenda esset verius corruptela, concessit; pro quo quidem ad quosdam ipsè iudices nostras literas impetravit, qui contra te iniquam diffinitivam sententiam protulerunt, à qua tu ad nos vocem appellationis emittens, aliis obtinisti negotium delegari. A nobis ergo humiliter postulasti, ut de indulgentia nostra in parochia Ecclesie tue, in qua veteres decimas percipis, haberes etiam percipiendi decimas de novalibus facultatem. Cum ergo perceptio decimarum ad parochiales Ecclesias de jure communi pertineat, per quod decimæ novalium, quæ fuerint in parochiis earundem, ad ipsas spectare noscuntur: tibi, & Ecclesie tue prædictorum novalium decimas indulgemus, ita quod ex hoc eidem Canonico quoad vixerit, si eum contra te obtinere contigerit, præjudicium nullum fiat; post ejus tamen decessum prædictæ decimæ ad tuam Ecclesiam devolvantur.]

CAPUT XXXI.

Idem Vesprimen. (a) Episcopo.

DUdum adversus fratres (b) Hierosolym. Hospitalis sancti Stephani Alban. te proponente in nostra presentia quaestionem, quòd ipsi decimas de laboribus rusticorum (c) suorum Vesprimen. Ecclesie debitas non permitterent tibi solvi, eosdem citavimus, præfigentes eisterminum Concilium generale, quo cum instrumentis, & rationibus suis nostro se conspectui præsentarent, tibi respondere parati, Comparentibus igitur te, ac ipsis statuto termino coram nobis, dil. fil. nost. G. tit. S. Martini Presbyt. Card. tibi, & ipsis concedimus auditorem, coram quo decimas omnium terrarum, quæ per rusticos Hospitalis in Vesprimen. dicec. excoluntur, & de Cyrogan. & de nova Curia Ecclesias, quæ per Hospitalarios detinentur, easdem tanquam ad te spectantes, intentione tua de jure (d) communi fundata petisti. Prior autem Hospitalis ejusdem in prædictis decimis, & Ecclesiis prescriptionem allegans, proposuit se tibi non teneri super his aliquatenus respondere: quod cum per auditorem eundem ad nostram audientiam pervenisset, mandavimus quòd idem Prior prescriptionis (e) titulum, quem allegarat, probaret. Qui tandem post deliberationem præhabitam coram ven. fr. n. Alban. Episcopo, qui post recessum memorati Cardin. de causa cognovit, in clytæ recordationis G. Regis, ac E. matris ipsius Regine Ungarie concessionem allegavit, qui Ecclesiam sancti Stephani, ad quam tunc temporis, sicut asseruit, Ecclesie memoratæ spectabant, cum decimis, & pertinentiis suis concesserunt, ac in perpetuam elemosynam Hospitali donationis titulo assignarunt: confirmationis bon. mem. Clementis Papæ præd. n. transcriptum exhibens,

per quod probare volebat, concessionem prædictam plenum habere vigorem; & asserens nihilominus, ipsam à fel. rec. Lucio Papa prædecessore nostro postmodum confirmatam. Cæterum ex parte tua fuit propositum ex adverso, quod decimis, & in Ecclesiis à Rege, & Regina donatis, præscriptionem non poterat opponere pars adversa, quæ nec à donatione ipsorum initium habere poterat, nec à confirmatione præfata tantum tempus effluxit, quod posset præscriptio consummari: & sic donationis Regis, ac Reginae allegatus titulus nullus erat, cum sacrilegii crimen incurrat secundum canonicas sanctiones, qui Ecclesias, vel Ecclesiasticum aliquod beneficium de manu reciperet (f) laicali. Unde si contingat laicum in donatione Ecclesie talibus verbis uti: Do tibi Ecclesiam talem; nihil aliud concedere intelligitur, nisi jus patronatus tantum, quod habet in ipsa, prout (g) constitutione à nobis edita continetur expressè. Contra confirmationem autem fuit hoc modo responsum, quod cum confusè ipsa Ecclesia sancti Stephani cum omnibus decimis, & Ecclesiis, & aliis, quæ ad eam pertinent, confirmetur; jus Episcopale non tollitur, cum de illo non exprimeretur ibidem, sed tantum debita decimarum portio intra parochiam Ecclesie sancti Stephani collatarum secundum terræ consuetudinem, eisdem Hospitalariis reservetur: præsertim cum petita à te decima in parochia sancti Stephani non consistant, quod de plano confessum est pars adversa. Econtra verò fuit à parte altera replicatum, quod cum spatio xxx. annorum tacueris, juri tuo tacite renuntiasse videris. Sed & hoc pars tua visa est repellere, allegando, quod xxx. annorum taciturnitas non jure communi, sed in (h) privilegiis noscitur obtinere; unde jure communi, quod habet Episcopus in decimis, vel in Ecclesiis suæ dioc. non nisi xl. annorum (i) taciturnitate privatur. Nos igitur his, & aliis, quæ hinc inde fuerunt proposita, plenius intellectis, cum donatores prædicti conferre non potuerint aliis, quæ ipsi de jure non poterant possidere, & ex confessione partis adversæ liquidò nobis constet, petitas decimas, & Ecclesias intra parochiam sancti Stephani non concludi, etiam si prædicta donatio teneat, quod per confirmationem prædicti Clementis super Ecclesia sancti Stephani, Hospitali cum decimis, & aliis ad se pertinentibus factam, etiam si authenticum appareret, Episcopali juri nullatenus derogetur, de f. n. con. auctoritate Apost. sententialiter prohibemus, ne fratres Hospitalis præsumant ulterius præpedire, quo minus decimas percipias memoratas, & pacificè possideas in futurum.

NOTÆ.

- (a) *Vesprim.*] Ita legitur in quarta collectione, sub hoc tit. cap. 1. quæ diocesis est in Ungaria, sub Archiepiscopo Strigoniensi, ut notavi in cap. exposuisti, de præbendis.
- (b) *Hierosolym.*] De his Hospitalariis jam nonnulla notavi alibi.
- (c) *Decimas rusticorum.*] Quas etiam privilegiati, & exempti persolvunt, ut supra probavi in cap. 2.
- (d) *De jure communi.*] Porbat Rota apud Penam tom. 1. decis. 560. & plura adducit Solorza-

nus tom. 2. de jure Indiarum lib. 1. cap. 21. num. 21.

(e) *Titulum.*] Quia præscriptio non erat immortalis, aliàs necessarium non esset docere de titulo, cap. 2. de præscrip. lib. 6. plura de titulo necessario ad præscriptionem adduxi in cap. si diligenti, de præscrip.

(f) *Laicali.*] Latè probavi in cap. Messana, de elect.

(g) *Constitutione.*] Cap. pastoralis, de donat.

(h) *Privilegiis.*] Cap. si de terra, de privi.

(i) *Quadragesima annorum.*] Juxta adducta supra in cap. cum contingat.

CAPUT XXXII.

Idem in Concilio (a) generali.

IN aliquibus regionibus quædam permixtæ sunt gentes, quæ secundum suos ritus decimas de more non solvunt, quamvis censeantur nomine christiano. His nonnulli domini prædiorum ei tribuunt excolenda, ut decimis defraudantes Ecclesias majores, inde redditus assequantur. Volentes igitur super indemnitatibus his Ecclesiarum providere, statuimus, ut ipsi deinde talibus personis, & taliter sua prædia excolenda committant, quod absque contradictione Ecclesiis decimas cum integritate persolvant, & ad id, si necesse fuerit, per cens. ecclæs. compellantur.

NOTÆ

NOTÆ.

(a) *Generalis.*] Lateranensi videlicet, sub Innocentio III. celebrato, ubi can. 54. reperitur hic textus, & in quata collectione, sub hoc tit. cap. 5. de quo Concilio nonnulla notavi in cap. 1. de Summa Trinitate.

COMMENTARIUM.

PRO hujus textus expositione sciendum est, nonnullas gentes etiam sacro baptisinate ablutas in more habuisse decimas nullas prestare, aut saltem eas non integrè persolvere. Legimus enim apud Krantzium lib. 4. *Psandal. pag. 101.* Holzatos, prius quàm in Ungariam, terram incultam, atque ingratam transferrentur, & agros colere inciperent, pactum iniisse cum Sacerdotibus, & Episcopis ejusdem regionis, ut ab omnibus decimis liberi essent, & tantùm aliquot mensuras grani pro unoquoque aratro penderent: & etiam Helmolus Presbyter in *chron. Sclav. cap. 12.* refert, Sclavos certum tributum pro universis decimis solville Episcopis Aldeburgensibus, his verbis: *Dabatur Pontifici annuum de omni Vagiorum terra tributum, quod scilicet pro decima impendebatur, de quolibet aratro mensura grani, & quadraginta reliculi lini, & duodecim nummi puri argenti.* Et cum conquerebantur clerici paupertate oppressi, auctoritate Ducis Sclavorum pactum initum fuit de augendo ipso tributo, ut refert idem Presbyter lib. 1. cap. 92. illis verbis: *Holzatenos necessitate constructi, presente Duce cum Pontifice tale pactum interunt, ut facerent augmentationem decimarum, & solverent de manso sex modios siliginis, & octo avena, illius (inquam) modii, qui vulgo dicitur Henmesche.* Et ne succedentium fortè Pontificum paterentur angarias, rogaverunt hoc ducis, atque Pontificis sigillis confirmari. Immo apud Græcos valde dubia est decimarum pensitatio; siquidem in tot canonibus, & Ecclesiæ constitutionibus à Gratiano compilatis in causa 16. q. 1. & à Raymundo in presenti, nulla mentio fit decimarum Ecclesiæ Orientalis. Primis autem Ecclesiæ seculis decimas apud Græcos solutas fuisse, constat ex Origine, qui decimarum Ecclesiæ Alexandrinæ meminit *homil. 11.* & Isidoro Pelusiota, qui monachus fuit monasterii Montis Pelusiaci in Ægypto, vixitque temporibus Theodosii, qui *epist. 317.* Herminium Comitem ita alloquitur: *Præclare Dominum honoras, cum nobis fructuum tuorum primitias tribuis, decimamque partem ex uberitate terræ tuæ, & à quo eam accepisti, pendis.* Et in Ecclesia Antiochena eundem ritum decimarum sacro sacerdotum altaris aratro inferendæ, viguisse putat Interpres Chrysostomus *homil. 18. in cap. 8. at. Apost. ibi: Parumne est torcular benedici? parumne est ex omnibus frugibus ac decimis prius partem, ac decimam accipere? Ad pacem agriculturalium hoc utile est.* Sed sequentibus seculis, etsi primitiatum mentio fit apud Scriptores Græcos, Epiphanium videlicet *heresi 80.* Gregorium Nazianz. *epist. 80.* Ianicum Antiochum in homilia, quæ extat *tom. 1. biblioth. nullum tamen decimarum vestigium extat, & eam pensitationem cessasse Constantinopoli ex sterilitate diceceseos deducit Lemaitre lib. 1. de decimis, cap. 6.* præcipuè cum legamus frumenti transvectionem

quotannis fieri ex Ægypto, quam felicem emblemam Imperatores appellarunt: & penuriam rei frumentariæ in urbe Constantinopoli suaderi distributio quotidiana panis, quæ singulis diebus fiebat non solum in pauperes, verum & in honestiores personas, de qua in l. quia, C. Theodos. de annoni civil. l. panis; l. universi, eodem tit. l. hac, C. de secundis nuptiis; notavit Cironius ad rit. de præbend. Accedit, nam apud Græcos certa erant constituta tributa pro sacerdotum alimentis, ut conitat ex novella 3. Justin. ex novel. 43. de officin. & rabern. & in bulla aurea Imperatoris Isaaci Comneni, hujus tributi summa ita taxatur: *Nomine Canonici à vico habente triginta sumaria nummus unus aureorum exigatur, argentei duo, arces unus, bordei modii sex, vini mensura sex, farina modii sex, triginta gallinæ: ab eo vero, qui sumaria viginti habet, dimidium aurei, argentum æquivalens duobus argenteis, agnus mediæ aratis unus, bordei modii quatuor, vini mensura quatuor, gallinæ viginti: à vico denique decem habente sumaria, quinque argentei, agnus unus, bordei modii duo, gallinæ decem, quemadmodum, & in veterum exactorum sigillis scriptum est.* Sed cum temporibus Innocentii III. Constantinopoli à Latinis capta, ut retuli in cap. scriptum, de elect. Sacerdotes Latini ritus Romanæ Ecclesiæ, caeremoniasque ibi intulerint, etiam decimas, cæteraque consuetudines piè observandas, ac religiose colendas decreverunt, reluctantibus Græcis, & maxime Procerum, ac Nobilium in dignitate superbiâ. Illi enim non semel prohibuerunt hominibus suis, ne decimas penderent Romano more: eos verò angebat maxime Latinorum imperium, eo quod Latini cogere Nobiles Græcos Ecclesiis restituere opes, & facultates ablatas, itaque cum tanto tempore sese indociles præberent, & decimarum pensionem exhorrescerent, sæpe excommunicationis metus est illis incussus. Immo cum ad bellum adversus Michaëlitium quendam Græciæ res turbantem, & omnia ferro, ignique populantem, Proceres Achaia sese accingerent, non ante Dominicum corpus, & sanguinem, pacis, bellique præsidium salutare de manibus Sacerdotum ceperunt, quàm pollicerentur se decimam in posterum more Romano sacerdotibus soluturos, nec prohibuit amplius, quominus eorum servi, homines, ac vasalli eam præstationem Ecclesiæ ministrarent. Ita elicitur ex epistola 161. apud Innocentium, lib. 1. *regestr. 13.* ad Archiepiscopum Larisensem, & Episcopum Citonien. ubi de Achaia Nobilibus sic loquitur: [Canonicos (inquit) in nonnullis Ecclesiis includere non verentur excommunicatos, tam laicos, quàm clericos in sua pertinacia convovendo.] Cumque dudum ad bellum contra Michaëlitium processuri recipientes corpus, & sanguinem Jesu Christi, omnes pariter promississent, quin immò per votum obligaverint se solenne, quod de ipso prælio reditum decimas Ecclesiis suis solverent, & subditos suos, tam Græcos, quàm Latinos cogere ad solvendum: at postmodum efficere non curarunt. Quocirca fraternitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus Latinos ejusmodi, ut Ecclesiis suis solvant, sicut ex communi jure, ac speciali quoque tenentur, & inducere procuretis, ipsos ad hoc, si opus fuerit, per censuram Ecclesiasticam appellatione remota, sicut justum fuerit, compellentes.] Et certè

Innocentii III. temporibus decimarum jugum Gracia magna ex parte receperat, ut ex ejusdem epistolis liquet, quibus multæ contentiones sedantur ortæ inter Canonicos, & Episcopum de decimarum partitione. *Epist. 44.* sedatur ortum dissidium inter clericos, & Patriarcham Constantinopol. quod nempe Patriarcha jussus à Legato Sedis Apostolicæ Cardin. Sancti Marcelli dare Canonicis quartam decimarum, per triennium eam retinisset. *Epist. 105. lib. 1.* hortatur omnes Lariliensis diocesis, ut decimas ablatas Episcopis restituant. Eadem hortatione utitur *epist. 108. eod. lib. ad Imperatorem Constantinop.* cujus mili-

tes decimas Citenensis diocesis occupabant. *Epist. 62. lib. 4.* componitur lis orta inter Episcopum Nitriensem, & Abbatem de Aegris in diocesi Cenadiensi, super quodam jure decimarum; unde, ni fallor, in præsentî canone PP. respexerunt ad Latinos simul degentes cum Græcis, qui prædia excolenda illis locabant; unde Ecclesia decimis fraudabatur: quare jusse, & rectè in præsentî statuitur, ut domini prædia sua locent illis personis, à quibus decimæ solvi consueverunt; id est, aliis fidelibus Latinis, qui semper decimas præstiterunt.

J.

ILlæ quippe decimæ necessariò solvendæ suat, quæ debentur ex lege divina, vel loci consuetudine approbata.

COMMENTARIUM.

2. **C**elebris questio est, tam inter Theologos, quam Canonistas, utrum decimarum obligatio sit juris naturalis, divinive, aut tantum ecclesiastici? In qua questione, juris naturalis, divinive esse docuerunt antiquiores canonista, quos referunt & sequuntur Gutierrez *lib. 1. canonic. cap. 22.* Azevedo *in lib. tit. 5. lib. 1. recopil. num. 5.* Rebuffus *de decimis, quest. 1. num. 11.* Borellus *in summa decis. tit. 19. num. 1.* Germonius *lib. 3. de sacror. immunit. cap. 19.* Carrasco *ad lib. Recopil. cap. 6. noviter Lemaitre lib. 1. de decimis, cap. 2. & 3.* Castillo *tom. 7. controvers. tit. de tertius, cap. 10.* Dartis *de benef. sect. 1. cap. primo*, plura Solorzanus *tom. 2. lib. 1. cap. 21. num. 6.* Qui nituntur sequentibus fundamentis. Primò, quia decima debentur Deo in recognitionem supremi dominii, *cap. tua nobis 26. cap. cum non sit 33. hoc. tit. D. Augustinus, seu quis auctor est tractatus 20. de rectis. Catholica convers. tom. 9. ibi: [Unusquisque de quali ingenio, vel artificio vivit, de ipso decimam Deo in pauperibus, vel Ecclesiis donet. Consideret quia omnia Dei sunt, per quæ vivit, sive terra, sive flumina, sive femina, vel omnia, quæ sub cælo sunt, vel super cælos; & si ipse non dedisset, nihil utique haberet: nam Deus qui dignatur totum dare, decimam de suo dignatur à nobis repetere.]* Quam sententiam ipse Sanctus repetit *tom. 10. ferm. 219.* Sed cultum illum Deo exhiberi jus naturale dicitur: ergo decimarum obligatio juris naturalis est. Secundò, nam decimæ præstantur pro alimoniis sacerdotum, *cap. 3. Malachia, Numer. cap. 18.* naturalis autem ratio suadet, ut clericis spiritualia administrantibus alimenta præstentur, *cap. cum secundum*, ubi probavi, *de præbend.* Ergo, &c. Tertio, quia ante legem scriptam plerique in lege naturæ decimam, vel similem fructuum partem Deo, & ejus sacerdotibus obtulerunt, ut legitur *Genesis cap. 4. 14. & 28.* quod & Gentiles solo naturæ lumine instructos observasse supra probavi *in cap. 3.* Deinde ex lege veteri decimas deberi sæpe repetitum legimus. *Exod. cap. 22. & 29. Levitici cap. 27. Numer. cap. 18. Denteron. cap. 12.* & supra illustravi *in cap. 1.* Et hanc obligationem lege evangelica firmatam fuisse, probatur ex eo, nam si hoc præceptum, ut proximè dixi, juri naturali congruit, continebitur lege divina; nam præter fidei & sacramentorum præcepta, quæ supernaturalia sunt,

in nullo discrepant lex divina, & naturalis. Deinceps apud Lucam *cap. 11.* Dominus reprehendit Phariseos charitatis opera omitentes, his verbis: *Ve vobis scribe, & Pharisei, qui decimatis mentham, & anethum, & cuminum, & reliquias quæ graviora sunt legis, judicium & misericordiam: hæc oportuit facere, & illa non omittere.* Et *cap. 22. Matthæi*, ibi: *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum, &c.* Et ibi: *Reddite quæ sunt Cesaris Cesari, & quæ sunt Dei Deo.* Igitur cum decimarum præstatio fuit à Christo Domino in lege gratiæ commendata, earum obligatio juris divini est. Tandem apertius hæc sententia firmatur, & diffinitur ab Ecclesiæ Patribus, & Conciliis, ut fecerunt D. Clemens *lib. 2. constit. cap. 19.* *Quæ ex decimis & primitiis secundum mandatum Dei dantur, ut Dei homo consumat; voluntaria verò, quæ occasione pauperum offeruntur, rectè dispensent orphanis, viduis, afflictiis, peregrinis, egentibus.* D. Ambrosius relatus *in cap. numquid eo 16. q. 4.* D. Augustinus *in cap. 10. 16. q. 1.* Urbanus II. *in cap. 2. 16. q. 2.* ibi: *Decimas omnino dare Deo non negligatur, quas ipse Deus dare constituit.* Gregorius VII. relatus *in cap. 1. 16. q. 7.* ibi: *Oportet nos decimas, & primitias, quas jure sacerdotum esse sancimus, ab omni populo accipere, quas fideles Domino præcipiente offerunt.* Alex. III. *in cap. parochianus, hoc tit.* ibi: *Cum decime non ab hominibus, sed ab ipso Domino sint institutæ.* Innocentius III. *in cap. tua, hoc tit.* *Quæ divina constitutione debentur.* Honorius III. *in cap. final. hoc tit. in 5. compil. ibi: Cum decime sint debite Domino, quas in signum universalis dominii sibi Dominus reservavit.* Ex Conciliis idem statuerunt Matiscon. 2. *can. 5.* ibi: *Leges divina consulentes sacerdotibus, ac ministris Ecclesiarum, pro hereditaria portione omni populo præceperunt decimas fructuum suorum locis sacris præstare.* Concilium Mogunt. 1. sub Carolo, *can. 38.* *Admonemus, atque præcipimus, ut decimas Deo dari omnino non negligatur, quas Deus ipse sibi dari constituit; quia timendum est, ut quisquis Deo debitum suum abstrahat, nè forte Deus per peccatum suum auferat ei necessaria.* Concilium Tribur. *can. 13.* Lateran. *in præsentî s. Trident. sess. 25. de reform. cap. 2.*

Contrariam sententiam, videlicet decimarum obligationem à jure ecclesiastico tantum provenire, docuere omnes ferè Theologi cum D. Thoma 2. 2. *quest. 87. artic. 1. quodlibet. 2. artic. 8.*

artic. 8. Sotus lib. 9. de iustitia, q. 4. art. 1. Castro advers. hereses, verbo Decime, Tostatus in cap. 23. Matthæi, quæst. 149. & recentiores Canonistæ, Covar. dicto libro 1. var. cap. 17. num. 2. Gutierrez dicto cap. 21. num. 7. Meneta de decimis cap. 1. q. 1. & 2. Menchaca libro 3. illustr. cap. 89. Duenus libro 7. de sacr. eccles. ministr. cap. 1. plures congeſti a Solorzano supra, num. 45. alii à Cenedo relati ad Decret. collect. 66. num. 13. Pro quibus sequentia faciunt fundamenta : nam ex lege divina ea tantum tenemur servare ; quæ à Christo Domino nobis præcepta sunt : sed de solvendis decimis nec in Evangelio, nec apud Apostolos ullum extat præceptum : ergo ex lege divina obligatio decimarum non provenit. Nec refragatur præceptum legis veteris ; nam illud, sicut cætera præcepta ipsius legis, post legem gratiæ cessavit, cap. traslaro, ubi probavi, de consuet. Secundo, nam quæ divini juris sunt, contrario usu, aut Pontificis privilegio tolli, sive in parte minui non possunt, cap. arcta 9. cap. memor. 10. cap. in sede, li. 24. q. 1. cap. proposui, de concess. præben. cap. litteras, de restitu. spol. Sed decimæ consuetudine, & privilegio tolluntur, atque minuantur, c. cum ordinem, de rescript. c. dilecti, cap. sig. gestum. c. ex parte cap. ad audientiam, hoc tit. unde in aliquibus regionibus non decima, sed portio minor præstatur. Concilium Turon. sub Carolo can. 46. & in Ecclesiæ nascens exordio, unde Evangelii puritas maxime petenda est, qui monumenta antiquorum monasteriorum requirat, nihil frequentius invenit, quam milites decimas monachorum Ecclesiis devovisse : igitur non ex jure divino eas debebant. Nec desunt qui ab his omnino diversam sequantur sententiam, asserendo, discrimen constitui debere inter decimas prædiales, & personales : & docent, prædiales ex jure divino deberi, personales verò dumtaxat ex lege ecclesiastica : ita docuerunt Hostiensis in summa hoc tit. Henricus Boich. in cap. pervenit, hoc tit. Felinus in cap. causam, de rescript. & dicit communionem esse Cardinalis in præsentem. Movetur ex eo ; nam licet præceptum morale legis veteris inveniatur de decimis prædialibus, non verò reperitur de personalibus : ergo ex jure tantum ecclesiastico earum obligatio descendit. Eos sequitur noviter Nicolaus Lemaitre de decimis cap. 2. & 3. & defendit decimas prædiales omnino provenire à jure divino, tam quoad substantiam, quam quoad quotam : decimas verò personales tantum juris ecclesiastici esse. Diversam opinionem alii sequuntur asserentes, in decimis duo esse discernenda, videlicet substantiam, hoc est obligationem alendi ministros Ecclesiæ, & taxationem, quotam, seu quantitatem decimarum. Quoad substantiam ajunt, decimas provenire à jure naturali, & divino ; quoad quotam tamen, seu quantitatis taxationem, à jure ecclesiastico originem ducere. Ita docuerunt Suarez dicto tract. de decimis, cap. 9. num. 10. Covar. dicto cap. 17. num. 2. Azor 1. p. Institut. lib. 7. cap. 13. Fagundez in 5. præcept. Eccles. lib. 1. cap. 1. Lessius lib. 2. de just. cap. 59. dub. 1. Barbosa ad. cap. 28. de offic. parochi, Hunnius in Encyclop. de tract. de decim. cap. 1.

In qua opinionum varietate veriore credo

D. Thomæ sententiam, videlicet decimas non deberi ex jure divino à Christo Domino promulgato, quod propriè jus divinum est : quæ retentâ non obstant contraria fundamenta prioris sententiæ. Non primum ex testimoniis veteris Testamenti ; fatemur enim sub synagoga fuisse decimas debitas ex jure divino ; sed illud jus jam cessavit, quare inde argumentum deduci non potest ; quia nunc non probatur esse aliquid de jure divino ex eo, quod olim fuisset, ut optimè probat Tostatus ubi supra, maxime quia præceptum de decimis, ut decimæ fuerunt à Deo tam specièlter constitutæ, non potuit esse morale, sed ad summum judiciale, vel forsân ceremoniale, quæ jam cessarunt. Ergo prout tale fuit, cessavit etiam. Rursus in quantum fuit morale, vel naturale, fuit quatenus respiciebat compensationem debitam pro labore ministrorum deservientium templo : sed in hoc conceptu non potuit decima deberi magis quàm vigesima, aut quinquagesima ; nec magis deberi de fructibus, quàm de aliis obventionibus, aut emolumentis : ergo nec ut præceptum morale debuit reputari. Nec obstant Christi Domini verba apud Matthæum cap. 23. Lucam cap. 11. quia in illis nihil asseruit constituendo obligationem solvendi decimas, sed tantum arguebat Judæos, qui sub lege veteri vivebant, & tenebantur etiam de illis oleribus decimare ; quia in minimis erant seduli, ut sancti viderentur ; & in maximis interioribus deficiebant ; ideò dixit Dominus loquens de decimatione : *Hac oportuit facere* ; nempe de præterito, & sub lege veteri ; non tamen dixit, oportet, quod verbum posset importare præceptum, cum de præsentem sit, & futurum respiciat : ita tostatus dicta quæst. 149. Nec obstant textus in dicto cap. parochianos, & alii supra expensi, nam in eis tantum docetur, decimas fuisse institutas jure divino ; quod fatemur de sua prima institutione à Deo facta populo Hebraico : unde deducunt Ecclesiæ PP. in illis auctoritatibus decimas deberi, quasi dicant, quia illi populo indictæ fuerunt decimæ ad sustentationem ministrorum per summum Deum, qui est optimæ ordinationis optimus artifex, constat & justè ab Ecclesiâ imperari, non exorbitanter ; & in Ecclesiâ esse potestatem eas percipiendi : ergo ab institutione antiqua Dei descendit ad præceptum ecclesiasticum, ex quo D. Thomas quodlibet. 2. artic. 8. & quodlibet 6. artic. 10. & d. 9. 87. artic. 1. deducit hujusmodi quotam augeri posse, vel minui, si ratio urgeat : non ergo dicendum est, decimas quantum ad substantiam esse de jure divino, & in prædictis juribus decimas dici debitas de jure divino, ex duplici causa, & utraque non impropria. Prima quia olim de jure divino debebantur, à quo Ecclesiâ exemplum sumpsit : secunda quia præbere stipendium ministris Dei juris naturalis est, ex traditis in cap. cum secundum, de præben. quod appellatur etiam divinum, quia versatur circa rem divinam, ut egregiè docet Covar. lib. variar. cap. 17. ad cujus mentem reducendi sunt, qui postea scripserunt ; quorum longum agmen referunt Barbosa de jure Eccles. lib. 3. cap. 16. num. ... Solorzano dicto cap. 21. ex num. 44. Valenzuela consil. 114.

CAPUT XXXIII.

Idem (a) in eodem.

Cum non sit in homine, quod semen serenti reddat, vel respondeat, quoniam iuxta verbum Apostoli, neque qui plantat est aliquid, nec qui rigat, sed qui incrementum dat Deus; ipsum quidem mortificato semine plurimum fructum affert, nimis avarè quidam in decimis defraudare nituntur, census, & tributa, quae interdum indecimata prætereunt, de frugibus primitus deducentes. Cum autem in signum universalis domini quasi quodam titulo speciali sibi Dominus decimas reservaverit: Nos & Ecclesiarum dispendiis, & animarum periculis obviare volentes, statuímus, ut in prærogativam domini generalis exactionem tributorum & censuum præcedat solutio decimarum: vel saltem hi, ad quos census & tributa indecimata pervenerint (quoniam res cum onere suo transit) ea per cens. eccl. decimare cogantur Ecclesiis, quibus de jure debentur.

NOTÆ.

(a) *In eodem.*] Concilio videlicet generali Lateran.

ran. sub Innocentio III. can. 54. ubi reperitur canon hic: & in quarta collectione, sub hoc tit. cap. 6. & textum hunc exposui supra in cap. 26.

CAPUT XXXIV.

Idem (a) in eodem.

Nuper Abbas Cisterciens. Ordinis in generali Capitulo congregati ad commonitionem nostram providè statuerunt, ne de cætero Fratres ipsius Ordinis emant possessiones, de quibus decimæ debeantur Ecclesiis, nisi fortè pro monasteriis de novo fundatis, & si tales possessiones eis fuerint piâ fidelium devotione collatæ, aut emptæ pro monasteriis de novo fundatis, committantur aliis excolendæ, à quibus Ecclesiis decimæ persolvantur. Ne occasione privilegiorum suorum Ecclesiæ ulterius prægraventur, decernimus, ut de alienis terris, & amodò acquirendis, etiam eas propriis manibus, aut sumptibus excoluerint, decimas persolvant Ecclesiis, quibus ratione prædiorum antea solvebantur, nisi cum ipsis Ecclesiis aliter duxerint componendum. Nos ergo statutum gratum, & ratum habentes, hoc ipsum ad alios regulares, qui gaudent similibus privilegiis, extendi volumus, & mandamus, ut Ecclesiarum Prælati promptiores, & efficaciores existant ad exhibendum eis de suis malefactoribus justitiæ complementum, ut eorum privilegia diligentius, & perfectius valeant observare.

NOTÆ.

(a) *Eodem.*] Concilio videlicet Lateran. can. 55. sub Innocentio III. celebrato, ubi habetur præfens textus, & in quarta collectione, sub hoc tit. cap. 7. Casus autem, seu causa hujus constitutionis ita contigit. Cum monachi Cistercienses anno 1213. Capitulum generale celebrarent sub Arnaldo II. in eo recitatæ fuerunt Pontificis literæ super querelis ad eum delatis per diversos Episcopos, præcipue per Quinqueecclesiensem: quibus literis Pontifex commonebat ipsos Cistercienses, immò comminabat abolitionem privilegii illis concessi super exemptione decimarum, ut constat ex epistola 87. ipsius Pontificis, lib. 16. ubi ita illis rescribit: [Venerabilis frater noster Quinqueecclesiensis Episcopus nobis intimare curavit, quod vos extendentes ad lucra turpia manus vestras, multitudinem emitis vinearum, de quibus sibi, vel Ecclesiæ diocæsis decimæ solvi solent; quarum vi-

num licet nequaquam in usus vestros expendatis, sed vendendum faciatis ad alias provincias deportari, decimas tamen sibi, vel ipsis Ecclesiis subtrahitis ex iisdem. Cum igitur ex hoc Ordini vestro plurimum detrahatur, universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ab iis de cætero taliter desistatis, quod materia scandali auferatur, & super hoc de vobis clamor ad nos ulterius non ascendant, scientes vobis esse merito formidandum, ne propter clamores hujusmodi sacrum Concilium auctore Domino in proximo celebrandum privilegia vestra coarctanda provideat, vel etiam revocanda, cum privilegium mereatur amittere, qui concessâ sibi abutitur libertate. Datum Lateran. xii. Kalend. Junii, Pontif. nostri anno xvi.] Letis hujusmodi literis Cistercienses statuerunt, etiam esse ponendum libertati, sicut & amodum esse ponendum decimas esse solvendas ex cunctis prædiis, quæ deinceps acquirerent, sive pretio empta essent, sive fidelium largi-

fargitione donata; & omnia ea, aut respuenda esse, aut decimas ipsos soluturos: refert Manrique tom. 4. *annal. Cisterc. anno 1213. cap. 22.* Cujus constitutionis Capituli generalis Cisterc. meminit Innocentius III. *in presenti*, & statuit, prædictam moderationem esse observandam, non solum ab ipsis Cisterciensibus, verum & ab aliis æquale privilegium exemptionis habentibus. Verba hujus textus refert Manrique *dicto tom. 4. anno 1213. cap. 12. & anno 1215. cap. 5. num. 6.*

COMMENTARIUM.

2. **C**um in præsentis textu modus imponatur privilegii exemptionis à solutione decimarum diversis monachorum Ordinibus concessis, ita ut de prædiis noviter acquisitis decimas ipsi exempti legitimis parochis exsolvant; & postea plura alia privilegia circa eandem exemptionem ipsi monachi, & alii Religiosi à Sede Apostolica impetraverint, vulgò quæri solet, an in similibus privilegiis debeat fieri expressa mentio, & derogatio hujus textus? Et expressam ejus derogationem desiderari docuerunt plures, quos sequitur Barbosa *in presenti num. 1. & de jure Eccles. lib. 3. cap. 26. num. 37.*

Noguerol *alleg. 39. num. 24.* Gutierrez *lib. 2. canonic. cap. 21. num. 136.* Rota apud Tamburinum *tom. 3. de jure Abbatiss. decis. 94.* Larrea *alleg. 52. num. 2.* Solorzano *tom. 2. lib. 3. cap. 21.* Qui moventur ex eo, quia cum præsens constitutio Concilii generalis sit, debet fieri ejus expressa derogatio, juxta communem sententiam, quam tuentur plures, quos referunt, & sequuntur Balboa *in cap. 1. de judicis. num. 3.* Barbosa *ad Concilium Trident. sess. 1. cap. 1. Fragolo de regim. Christ. Reip. p. 1. lib. 1. disp. 1. §. 7.* Sed contrarium, & rectius, docuerunt Menochius *consil. 196. num. 9.* Rota apud Cavallerium *decis. 430.* & apud Seraphinum *decis. 331. frances. 1. p. decis. 764.* Marquellanus *de commiss. 2. p. pag. 424.* Nam verius est, etiam constitutionis conciliaris necessariam non esse expressam; & specialem derogationem; sed sufficere clausulam illam generalem, *non obstantibus, & cætera*, ut docent plures congesti à Barbosa *de clausulis, clausul. 82.* Basiliius *de matrim. lib. 8. cap. 17. §. 2. num. 29.* unde est præsens constitutio esset conciliaris, quod negandum est; juxta tradita *in cap. 1. de summa Trinit.* non desideraretur ejus specialis derogatio, licet in nonnullis privilegiis ad majorem securitatem eam clausulam derogatoriam hujus textus adjectam legerim.

CAPUT XXXV.

(a) Gregorius IX.

Inter dicimus universis personis ecclesiasticis, ut decimas detentas à Laicis, ad alienas Ecclesias pertinentes, in pignus recipere ab eisdem laicis non præsumant.

NOTÆ

1. (a) **G**regorius IX.] Qui motu proprio præsentem edidit constitutionem, intendens decimas à laicis occupatas virtute infeudationis Pontificiæ facilius recuperari; nam cum laici eas præscribere nequirent, *cap. causam que 7. de præscript.* Ecclesiastici verò possint, ideo facilius Ecclesia poterat eas à laicis recuperare. Quæ fuit etiam

ratio textus *in cap. in Lateranensi 31. de præbend. cap. cum Apostolica, de his que fiunt à Prelat. cap. cum & plantare 3. de privil.* Ideoque prohibet Gregorius decimas pignori dari sub spe redemptionis; quod plerumque fiebat à monachis, & personis, qui eas obtinere non poterant, ut probavi supra *in cap. quisquis de elect. pro expositione textus in cap. 1. de usuris;* & præsens commentarium petendum est ex adductis supra *in cap. prohibemus.*

TITULUS XXXI.

De Regularibus transeuntibus ad religionem.

CAPUT I.

Ex Concilio (a) Mogunt.

De clericis hoc statuimus, ut ii, qui hætenus inventi sunt, sive in canonico, sive in monachico ordine tonsurati sine eorum voluntate, si liberi (b) sunt, ut ita permaneant: & deinceps cavendum, ut nullus (c) tondeatur sine legitima (d) ætate, spontanea que voluntate, vel cum (e) licentia domini sui.

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.

Hhh

NOTÆ